bent ⁊ pfecta p nãlez habitũ magis habent facultate ⁊ vſu
q̃ ea que acquirunt doctrina vel aſſuetudine. ¶ Amplius
hijs ſuppoſitis q̃uo cognitionẽ aliquã põt ſuſcipe aliquis:
hoc enĩz nõ põt videre q̃ manifeſtũ bz apud ſe er talib⁹ for
mis er qb⁹ eſt res quelibet ⁊ q̃uo eſt er illis: ⁊ hoc eſt cogno
ſcere pfecte ⁊ de nullo dubitare. Qõ falſum ſit pz q̃ videm⁹
multas dubitatiões ⁊ opiones diuerſas eẽ de multis reb⁹.
Ambigit enim aliqs de reb⁹ quẽadmodũ ⁊ circa quaſdam
ſyllabas ambigunt grãmatici: cũ enĩz ſyllaba ſit cõprehẽſio
litteraꝝ. Quidã opinant ꝛ q̃ que vna eſt littera greca elemen
to cõpoſito venire in cõpoſitionẽ ſyllabe ⁊ dicũt cõponi er.s.
⁊.e. vel ꝑm hoc nomẽ littere er.s.y.in.a. ſicut grãmatici no
ſtri dicũt ⁊ eſſe duplicẽ ꝓſonantẽ er.s.⁊.e. Alij vo dicũt aliũ
eſſe ſimplicẽ ſonũ qui nullis ſit cognitor in alijs litteraruz.
¶ Si enim vt dicũt Platonici oia pfecte ſcimus: nulla dz eẽ
dubitatio de vna ⁊ eadẽ re nec diuerſor diuerſa opio: ſz de
oib⁹ vna oium pfecte ſcie cõceptio. Amplius aũt ea ſcibilia
quor eſt ſenſus aliqs ſicut color q̃uo põt illa cognoſcere nõ
hũs illũ ſenſum cũ in posteriorib⁹ analeticis oſtẽdimus q̃
ois nr̃a cognitio oritur er ſenſu: ⁊ tũ ſi ver dicunt Platonici
hoc opz accidere. ¶ Si.n. ille quas direrũt ideas ſunt oĩuz
eẽntia ⁊ imediata principia ⁊ qd ⁊ pp qd oium dãta ⁊ erũtia
quẽadmodũ cõpoſite voces ſyllabaꝝ ⁊ dictionũ fũt er pro-
prijs eẽntis: ⁊ hec ſunt apud nos ꝓnãliter cecus nat⁹ ⁊ oĩno
nullũ ſenſum hũs p ideas color demõſtrabit de coloribus q̃
abſurdũ pz eſſe oibus. Er oibus igitur inductis eſt mani-
feſtum: q̃ idee naturaliter nihil ad ſcire proficiunt.

¶ Cap.15m. Et eſt digreſſio declarans poſitionem Plato-
nis vt melius intelligatur cõtradictio contra ipſum.

Si intelligẽtiã aũt eor que dicta ſunt interpo
nere nos opz q̃dã de opione Platonis: q̃ igit
ſupius dixim⁹ q̃liter de⁹ opifer ⁊ pater deoruz
ſementẽ deor facit: ⁊ dijs filijs tradit ⁊ illi ad
par exequunt. Dicebat Plato primas rer for-
mas que vere forme dñr ſunt lumia itelligen-
tiaꝝ que a nullo formant: ſz oia formãt alia q̃uis qbuſdam
virtutib⁹ mãlib⁹ determinent ⁊ appropriẽt mãe: tũ qcqd
ille vtutes formatiue vtutis hũt ab iſtis eſt: ⁊ ſic pferũt iſte
vtutib⁹ mãe oterminãtib⁹ eas ⁊ ab eis nihil accipiũt: ⁊ hoc
eſt qõ i libro de cauſis dr q̃ ois itelligẽtia eſt plena formis:
verũtũ er itelligẽtijs eſt que bz formas magis vles ⁊ q̃dã z
que bz formas minus vles: qm̃ quo illud lumẽ fuerit itelli-
gentie ſupioris: eo erit magis vlis vtutis ⁊ plura iformãs
⁊ virtutẽ ꝑhabẽs in ſe iferior: ita tũ q̃ forme ille nõ diſtin-
guunt ab eẽntiali lumine itelligẽtie: ⁊ nõ ſunt cõcepta q̃dã z
variata ꝑm res quaꝝ ſũt forme: ſz poti⁹ lumẽ formans ſicut
dixim⁹ aĩam ſe hẽ ad formã mẽbror quas facit: ⁊ lucem ſe
hẽre ad formas color: pp hoc dicebat Plato q̃ res ſenſibi-
les ſunt nobili⁹, in ſuis formis ſepatis q̃ in ſeipſis ⁊ nume-
ris: q̃ in ſeipſis ſunt p caſuz ⁊ obtenebrationẽ lucis itelligẽ-
tie. In lumine aũt itelligẽtiaꝝ ſunt lur que eſt rõ cõformati-
ua forme eor q̃ formas attingũt: ⁊ dicebat q̃ q̃ pn̄m cogni-
tionis eſt forma ꝓt lumẽ eſt: ⁊ nõ ꝓt obtuit mã ⁊ occum
bit: q̃ foĩa p hoc q̃ eſt ſepata eſt pn̄m cognitiõis: ⁊ nõ p hoc
q̃ eſt ꝓiuncta cũ mã: nec tũ itẽdebat q̃ ſimplr eẽ hẽ ſepatũ
ꝑm rem in nã eriſtentẽ ꝑticulariter: ſz intẽdebat eẽ forme in
eo q̃ forma eſt: hoc enĩz eẽ forme eo verius eſt quo magis
ſepata forma eſt: eẽ aũt forme nõ bz forma: nec a mã nec in
mã p ſe: ita q̃ nõ hẽat ipm ertra mãm. ¶ Si enĩ nõ hẽret ni
ſi in mã nõ eẽt aliq̃ forma niſi eẽt virt⁹ in mã qõ falſum eſt:
nec eẽt aliq̃ forma niſi eẽt virtus mãliter opans q̃ oia falſa
ſunt. Sed forma bz eẽ forme in eo qõ ſepatũ lumẽ eſt hypo
ſtaſis formaꝝ: ſicut lur corporalis eſt hypoſtaſis colorũ: per
hoc enĩz nullo mõ depẽdẽt ad mãm. Sic igit ſepatũ eſſe for
me hũs p hypoſtaſim ſuã que i eſſe formali ſubſtãtificat eaz
bz qõ eſt pn̄m eẽ ⁊ ſcie: ſicut pz p afidicta: q̃ ãt aĩa itellectua
lis ſacramẽtũ eſt luminis itelligẽtie bz forma p lumẽ qõ eſt
in ipſa q̃ſi hypoſtaſis cognitionẽ ad itellectũ: q̃ eſt imago in
telligẽtie cui⁹ lumine eſt hypoſtaſis formaꝝ oium: ⁊ ſic ꝓnã-
lis aĩe. Plato poſuit ideas itellectui noſtro ⁊ ſtudiuz nihil
aliud eẽ dixit: niſi q̃ aĩa abſtrahẽdo a ſenſibilib⁹ qb⁹ itẽdit
hoc lumẽ iueniet in ſeipſa ⁊ nõ q̃ abſtrahat iſta a ſenſibili-
b⁹ reb⁹. Sed potius q̃ ſeipſaz a ſenſibilib⁹ qb⁹ itẽdit auer
tat ⁊ lumina veritatũ oĩuz in ſeipſa iueniat. Quia tũ hec lu
mina ſunt imagines prime lucis forme rer ſenſibiliuz ſunt
imagines formaꝝ ſic ſeparataꝝ. ¶ Bene aũt oportebat in

Quali Platonis teſtimonio forme nobiliori mõ ſũt i ſepatis ideis q̃ in ſeipſis.

acquiſitione

Ad qd studiū est necīuz fm Platonē.

acquisitione sciētie lumina formarū separatarū determinari ad formas rerū p sensum acceptas: ⁊ sic fieri ꝓpriā vniuscuiusq; cognitionē: qz dicebat Plato q̃ intellect⁹ vltia retinet ⁊ singularia pdit: ⁊ sic cognitionē oium eē apud nos: ⁊ tñ studio idigere ꝓpter hec duo. s. vt intellect⁹ se in se cōuertēs ⁊ a sensibilib⁹ abstrahēs lumina formarū apud se inueniat: ⁊ vt lumina illa ad formā rerū determinata ꝓpriā sei cognitionē pficiāt: ⁊ hoc mō intelligēdo Platonē nō multuz deuiauit a vero: qz ēt Arist. nō multū diuersa dicit ab hoc intellectu. Se cūdū dicta igit oīs ꝓtēplationis nostre finis est q̃ aīa hypostasim formarū oium que est lumē intelligētie purū ab oī eo qd mālē est vel virtutis māe inueniat: qz tūc recte inuenit se ipsaz ꝓut ipsa est solus ⁊ purus intellectus sine ꝓtinuo ⁊ tpe. ¶ De hijs aūt locuti sumus in epla nr̄a de nā intellectualis aīe ⁊ cōtēplatiōe ⁊ pfectius de hoc tradem⁹ notitiā in vltimo scie bui⁹. Aristo. aūt tuit ꝫ illa nō in hoc q̃ sic formas a primis luminib⁹ intelligētiarū dirit deriuari: ꝫ poti⁹ in hoc q̃ istas nō ex mā educi dicebat: ꝫ a datore formarū extrinsec⁹ dari: qz sic nō eēt mot⁹ sicut supius ostēdimus. Fuit ēt ꝫ ista in hoc q̃ vnū fm eē Plato in multis eē dirit: ⁊ nō multipliciter dictū: volebat enīz Plato q̃ vnitas forme eēt ab vnitate luminis qd est hypostasis ei⁹. Arist. aūt dicebat ⁊ verū est q̃ lz lumē hoc sit hypostasis formarū tñ determinātia lumen illud sunt eē nālia forme inq̃tū est forma rei illius: ⁊ iō mā pticipat eē luminis in formis ⁊ formatis: sicut ⁊ lux corporalis multipliciter eē accipit i coloribⁿ diuersis: ⁊ qz sicut resolutio colorū est ad hypostasim vnicā lucis colorīs ita dicebat Plato q̃ resolo forme est ad hypostasiz vnicā prime lucis: iō aliqñ obiscit ꝫ eū Aristo. ac si dicat oium eē vnam ideā que p vnicū eē sit in oibus eadē: ⁊ scias q̃ nō pficitur hō in phia nisi ex sciētia duarū phiarū Aristo. ⁊ Platonis. Er hijs igit pinducta facile pñt itelligi tam ex parte Platonis q̃ etiā ex parte Aristo. Hec igitur dicta sufficiant.

Non pficit hō in phia nisi ex scientia duarū phiarū Aristo. ⁊ Platonis.

¶ Capī. 16ᵐ. Qz non sunt inuente ab antiquis nisi quatuor cause extra superius dictas.

Tex. cō. 50.

Quoniā ergo oēs dictas a nobis in scōo physi. causas oēs phi pinducti nisi sunt querere: ⁊ qz extra has nullā penit⁹ ex dictis eorū habemus dicere nouā cām. Palā est ⁊ nūc ⁊ ex supius dictis a nobis. Sed lz nisi sint dicere istas ⁊ nullā extra eas tñ obscure: ⁊ mō quodaz obscuro oēs iste cause prius dicte sunt: qz ēt finalē apposuit Socrates lz quicūq; efficiētē. Cum enīz oīs efficiens ad finez moueat determinatū: iplicite ēt ⁊ obscure dirit cām finalē: modo q̃ quodā oēs ab eis dicte sunt: mō autē alio nullatenus fm veritatē sunt dicte. ¶ Primi enim tpis phia visa est vt infans adhuc balbutiēs de oibus hijs causis: velut adhuc noua eristēs circa principia que quesuit: ⁊ pcipue circa primū entis pn'''q̃ hoi cognoscere est difficile: hoc autē patet ex hoc qz etiā Empe. ante nos diu nos dirit iesse rōne que est forma dans eē ⁊ rōnez: hoc aūt qd dicit est ipm formale pn''': qd erat esse ⁊ suba formalis rei qua res quelibet est id qd est. Sicut aūt dirit ens fm id qd est iesse rōni. ¶ Similiter nēciuz est carnē sic dicere iesse rōni ⁊ aliorū singula: que distinctū hñt esse in nā: aut enīz oia sic sunt a forma hoc qd sunt aut nihil eorū suū esse hz a forma: ꝓpter hoc enim pn''' formale ⁊ caro ⁊ os est hoc q̃ est ⁊ aliorū vnūqq; ⁊ non pp mām in qua nō distinguunt abiuicē: hāc aūt mām Empe. dirit esse ignē ⁊ terrā ⁊ aerē ⁊ aquā: sicut pz ex dictis in opione Empe. Sed ista sic dirit eē de necessitate duo principia sine quib⁹ nō est res: q̃ aliū ante se dicentē hoc cām habuit dicendi: manifesta vō ⁊ ꝓpria determinatione fm nām rei nō dirit: de talib⁹ aūt qd ⁊ qualiter direrit quilibet dictum est a nobis in ꝓcedentib⁹. ¶ Cū aūt q̃ nō nisi quatuor dicere putauerūt est: qz querentes pn''' entis sicut fecit Empe. nō nisi duo itrinseca elemēta inuenerūt: scz formā que eē confert ⁊ id cui cōfert q̃ est subiecta mā cōsiderātes aūt principia motus ⁊ fieri oīa ista q̃tuor ipso motu extrarerūt. Motus est actⁿ impfect⁹: ⁊ cū sit actus est actⁿ fluens ⁊ nō pmanens ⁊ oē qd fluit aliqñ erit in termino fluxus. Per hoc igitur q̃ est actus viderūt q̃ nō est agēter nisi in actu existentis: cū aūt quodlibet impfectū actu fit agēs pfectū ⁊ ab hac veritate cōpulsi posuerūt cām mouētē ⁊ agentē: p hoc autē q̃ est impfectus actus erit actus existētis in potētia qd est subiecta mā: ⁊ per hāc necessitatē posuerunt mām: per hoc aūt q̃ est cōtinue fluens actus fm ipsuz eē ipsius motus q̃ nō cōpetit nisi forme posuerūt formā. Per hoc aūt q̃ ad finē fluit itentū ab efficiēte cām finalē esse posuerūt: nec plura sunt in motu: ⁊ iō veritas cōpulit causas q̃tuor: q̃ dicte sunt querere: ⁊ nullā eis que dicte sunt potuisse inuenire: q̃cunq; vō de hijs causis ⁊ principijs dubitauerūt recapitulabimⁿ itez de causis intēdentes fm illas dubitatiōes: vtz. s. finite sunt vel ifinite: ⁊ vtrū sunt prie ⁊ vltime in eis vel nō: ⁊ quē ordinē habeāt prime ad sequētes: ⁊ de alijs bmōi q̃remus in sequēti libro: forsitā enīz in talib⁹ causarū demōstrationibus aliqd iuestigabimⁿ vtile ad determinādas dubitatiōes posteriores quas in tertio huius sciētie libro disponemus.

Tex. cō. primi

¶ Explicit liber primus Metaphysice Alberti.

¶ Incipit liber secundus Metaphysice: in quo agitur de sciētia veritatis: ⁊ quomodo consideratio de veritate vno modo est facilis: alio modo difficilis.

¶ Capī. ꝓ'''. De comparatione intellectus quomodo se habet ad res cognoscendas.

Cum aūt habituz sit q̃ cause sunt quatuor: ⁊ nō possunt eē plures spēs causarū. Causa aūt est medīū p qd scimus omne qd vere scimus: nec cā faciat scire nisi fm q̃ est finita numero specierū: ⁊ fm q̃ cā in antehabitis accipiēdo: q̃tuis post oꝫ nos ostēdere finitas eē causas antecē ꝓgrediamur ad soluēdas qōnes ⁊ dubitatiōes posteriores in qbus ad sciēdas dubitatiōes nos oꝫ vti causis: qz aliter cōclusiones quas cōclusimus ex causis nō erunt firme ⁊ stabilite: qz aūt sciētia veritatis est quā per causas accipimus: iō oꝫ nos primo determinare de scientia veritatis: hoc enīz potissimū faciendū nobis hic putamus: eo q̃ veritas istius sciētie cā est veritatis in oibus sicut posteriⁿ ostendemus. ¶ Dicimus enīz q̃ theoria siue cōtēplatio siue cōsideratio de veritate eristēs vno mō est difficilis alio modo facilis: hoc aūt ꝓbabit̃ per signū ex parte sui effect⁹ sumptū. Signū aūt illud est q̃ nullus ꝓbor digne ꝓut ipsa res erigit vnq̃ potuit acqrere inentiōe vel doctrina: vel doctrina ⁊ inentiōe simul: hoc eni signū est q̃ aliquo modo est difficile. ¶ Qd āt alio mō sit facilis signū est: q̃ nullus oīuz eorū qui cōsiderauerūt in ea oino ⁊ vltiter fefellit ita q̃ nihil veritatis pticiparet in ea: sed vnusq;q; aliqd dirit de natura eius lz balbutiēdo id direrit: tñ ab ipsa manifesta veritate cōpulsus aliqd veritatis nisus est dicere. Ulterius aūt ad hoc signū qd fm vnū aliquē in ea cōsiderātem aut nihil aut parū valde ꝓuenit iuisere de veritate ipsi sapie. ¶ Dico aūt nihil ꝓpter modū ⁊ parū ꝓpter dictū qd dirit. Modo enīz aperto nullus antiquorū id dirit. Dirit tñ quilibet itēdēdo ⁊ conādo aliqd dicere principiorū: ⁊ parū circa hoc qd dirit q̃ aliorū dictis cōiungibile ⁊ cōmiscibile fuit ad sapiētie sacramētū ⁊ augmētū. Signū vō vlterius facilitatis est q̃ ex oium cōsiderātiū in veritate dictis simul coarticulatis fit aliqua vocabulis sapie mensura q̃titatis. ¶ Dico aūt ex dictis simul coarticulatis: qz sicut i antehabito libro dirimus antiqui dicta sua nō articulauerūt. Nos aūt ⁊ articulabimus que balbutiētes direrūt ⁊ coaminiculabimⁿ in vnū: que sparsa ⁊ nō cōgregata direrūt: nec ex hijs coarticulatis pficiens fieret sapie mēsura: nisi sicut dirimus ab ipsa veritate que vltro se eis offerebat cōpulsi multa vera dirissent. Huius aūt simile est: qd in puerbio vulgari solemⁿ dicere in forib⁹ qs delinqt: intēdētes q̃ in eo qd corā ⁊ pre foribus est nō est qui i toto deuiet eo q̃ ab eo qd corā ⁊ pre foribus est nō est q̃ in toto auerti possit: eo q̃ totū ipingit seipz qd oino corā ⁊ pre forib⁹ eē ꝓbat. Sic enīz in oibus que cōsideranē sunt q̃dā prima principia corā ⁊ pre forib⁹ per que aditus est ad alia: ⁊ i hijs nō est aliqs errās ⁊ ignorās oino pcipue tñ hoc est in cōissimis ⁊ primis que in hac scia considerant: q̃tuis enīz qdā Heracliti sequacū ꝫ dictoria simul esse vera direrūt: ⁊ noiuz significationē nō eē finitaz: tñ hoc

nec ad idem nūc tpis sed sub forma retulerūt ⁊ ꝓpter subiectā rex trāsmutationē quā sensibilib⁹ inesse videbāt direrunt nihil vere de reb⁹ posse enuntiari. Et sic pz q̄ ab hijs que pre foris⁹ sunt nō in toto deliquerūt vel deuiauerunt: hoc igit mō quo pre foris⁹ est ipsa veritas facilis eē significat. Sed in hoc q̄ nō posse eā hīe pro toto vel pro pte vocabulis q̄titatis ostēdit q̄ō est difficile: ⁊ iō in sapiori dirim⁹ libro: q̄ ista sapia est de hijs que difficile ē hoi cognoscere: ⁊ q̄ possessio ei⁹ est nō humana sz diuina: ⁊ q̄ tū nō in toto effugit hoiez: q̄ oīs hō nāliter scire desiderat ipsaz: ⁊ nō est inane desiderū. Et hec oia in ꝑhabitis sunt ostēsa. Sed in hijs attēdēduz est q̄ō in Alarba sua dirit ꝓtolome⁹ si aliq̄ scia ꝑm aliqd vltra nosse nostrū exaltata est: ⁊ ꝑm aliquid cō prehēsibilis est a nobis oino ⁊ penit⁹ stultissim⁹ est q̄ ꝓpter desperationē eius q̄ō supra nostrū nosse ⁊ posse est cōprehēdere negligūt: ⁊ illud q̄ō de ipsa noscibile ēt. Sic enīz ⁊ oia scibilia posset negligere: q: in humanis inentionibus nihil er omni parte beatū est. Sic igit ⁊ in sapientia illis que pre foribus sunt primū insistentes quātum possumus nitemur etiā ad ea que magis remota ad cognoscendum.

Nota aureaz ꝓtolomei sniaz pro q̄ vide i sūt Auer. 12. metaphy. cō. 45.

¶ Cap. z'''. De cā difficultatis ⁊ facilitatz i theoria vitatis.

Tex. cō pmi.

Difficultate aūt ꝑm cām facientē eā existēte ꝑm duos modos. s. rebus cognoscēdis que aliq̄ū sunt cā difficultatis: ⁊ ex dispōne cognoscētis que ēt nōnūq̄ē est cā difficultatis cognoscēdi: hoc in theoria sapie nō in reb⁹ cognoscēdis ē cā difficultatis sz in nobis cognoscētib⁹ cā buius difficultatis existit. ¶ Hoc aūt vt melius intelligat attēdēdū est q̄ nō pōt idem eē cā oppositoꝝ p se loquēdo: igit idē nō erit cā difficultatis ⁊ facilitatis in theoria sapie: nō autē sunt in ipsa nisi duo theorans videlz ⁊ res theorata: habitū aūt est q̄ ipsa res pre foris⁹: est enīz res in sapia cōsiderata pre foris⁹ ⁊ via ad omne scire ⁊ principia p que est scire stabilieda igit facilitatis est cā res theorata: ⁊ difficultatis cā est in theoráte. ¶ Erēpluz aūt hoꝝ q̄ dicunt habet ex hijs que dirim⁹ in primi libri ꝓhemijs: q̄m q̄ res ipsa imixta potētie que nulli⁹ scibilis cognoscēdi ꝑn''' esse pōt: cū ⁊ ipsa nō cognoscat nisi p analogiaz ad formā illa est cā difficultatis cognoscēdi ex seipsa sīē multa difficulter causat phica. ¶ Q̄ñ aūt res ipsa vt primū ꝑn''' penitus est nihil hīs potētie obūbrātis tūc si hoc difficulter cognoscit erit cā difficultatis nō in re cognoscēda: sed in dispōne cognoscētis: iz enīz q̄ō simpliciter primū est ⁊ cā oiuz sit ꝑueniēs intellectū ⁊ sic fit obscurū nō est hec obscuritas in ipso sed in hippitudine ⁊ impfectione cognoscētis intellect⁹ quē ꝑuenit ⁊ hec satis in aūhabitis ostēsa sunt. ꝓatet igit q̄ sicut oculi noctiboracis ⁊ noctue siue vesptilionis ad lucē diei siue solis se hūt: sic ⁊ intellectus aīe nostre se hz ad ea que nāe sua oiuz cognitio scibiliū sūt mānifestissima. ¶ Hoc aūt sic ꝓbat: lux solis siue diei tripl'r se ostēdit. s. in sole in sereno ⁊ claro aere: ⁊ imixta tenebris sicut in crepusculo vel diluculo: ⁊ in rota q̄dē solis nō aspicit nisi a visu valde coadunato ⁊ forti: sicut agle oculuz solē videre dicūt: cuius trū oculos si diu aspiciāt solē splēdor solis vincit ⁊ excellit. In sereno aūt diei ⁊ aeris multi vidēt oculi lumē solis ⁊ clare nō offensi oēs. s. hūtes pupillā mūdā ⁊ spiritū plenū ⁊ fortē qui vocat clarus spūs: imixtū aūt lumē tenebris vidēt oculi debiles spm obscurū visuuz hūtes ⁊ pupillaz humoris nō coadunatā. ¶ Est aūt ijs ꝓportionatuz tripler itelligibile tripler itellect⁹: est enīz itelligibile sicut lumen solis in sole: ⁊ hoc est tripler sicut lumē solis in sole est tripler. Est enīz lumē solis in sole soli icorporatū: ⁊ lumē solis a sole erūs: sz in sole dictū: eo q̄ fulgor ei⁹ est in solis claritate nulla pte p aliud aliqd tempatū vel parū hūs tēpāmēti: ⁊ est lumē solis a sole ꝓcedēs tempale q̄dē sed nō adhuc tempatū: ꝑmū est solis nā: scōm est solis caracter ⁊ forma: tertiū illuminationis ex pte illuminatoꝝ: prima formalis cā: ⁊ sic tripler est cognoscibile primū ⁊ diuinū: ⁊ primuz q̄dē est lux prime cause in seipsa: ⁊ scōm est lux prime cause ab ipsa ꝓcedēs in fulgoris sue lucis vigore intelligētia: ⁊ tertiū est lux ꝓcedēs ab ipsa in prima rex entitate ⁊ substātia anteq̄ē cōtrahat determinatione q̄titatis ⁊ ꝗietatis ad imaginata ⁊ sensata. Sicut enīz in ꝑhabitis dirim⁹ lux causē prime oiuz formaꝝ est hypostasis formas ꝑhabēs: ⁊ has simpl'r ⁊ imaterialiter habēs ⁊ virtutis eximie oibus cōferens formationē: ⁊ a nullo aliqd recipiens: ⁊ isti sunt modi primi itelligibilis q̄ luci solis cōparat q̄ō ē cā diei. ¶ Intelligibile aūt scōm est sicut lumē solis in sereno aere: ⁊ hoc est sicut itelligibile mathematicū cū mā sensibili igeta ⁊ obscura nō cōceptū sed ꝑm diffōnē ab ea separatū stātia ⁊ firma habens theoremata circa imaginatis cōceptū sicut lumē solis a sole in aerē trāssusuz: ⁊ hoc est ēt tripler: q̄m id q̄ō serenissimū in eo est: illud est q̄ō absolutū ⁊ simpler i seipso existēs ab oibus alijs separatū: ⁊ hoc est theorema arithmeticum: ⁊ illud q̄ō minus serenū est in eo est illud q̄ō ex additione se hz ad istud: sicut theorema geometricuz vt in antehabitis dirimus: ⁊ id q̄ō magis trahit ad declinationē est illud q̄ō veroꝝ istoꝝ idiget in demōstrationib⁹ ⁊ in altera pte sui cōiungit etiā rōnibus phicis ⁊ hoc est theorema astronomicū. ¶ Tertiū aūt lumē cōtēplationis est q̄ō est sicut lumē tenebris pmirtū ⁊ aeri inquieto non sereno: ⁊ hec est theoria phica cōcepta cū mā cōtinuo ⁊ tpe: sicut sepe dirim⁹ ⁊ occūbit ab itellectu in opiones sensum dignioꝝ habēs q̄ē rōnē: ⁊ hz etiā tres gradus: ⁊ acceptū in vl'i est magis certū ⁊ hūs viam demōstrationis: sicut pz in phicis: ⁊ est acceptū in mobili ad sūt magis inclinatū ⁊ minus mirtū nitēs modo demōstrationi ⁊ mō rōni sicut in celo ⁊ mūdo patuit: ⁊ acceptū in eo q̄ mobile est ad formā nitens simul rōni ⁊ opinioni ⁊ ibi multū est pmirtū tenebris ꝓpter potētiā māe cui in pte illa plurimū pmiscet. Tripler aūt itellectus diuin⁹ ⁊ itelligētie separate ⁊ hois itellectus. Est aūt diuinus oium hoꝝ cā per seipsuz: ⁊ ideo iste simpl'r ⁊ vl'r oia prehabēdo itelligit ⁊ nunq̄ē occūbit ⁊ est sicut lumē solis in rota solis q̄ō oiuz luminū est cā ⁊ vl'r ꝑhabet ea. ¶ Intellectus aūt itelligētie separatus pticipādo lumē prime cause que vl'r ꝑhabet oia intelligit oia p lumē q̄ō est cā oium: ⁊ hoc erequit quelibet intelligētiaꝝ p motū sui orbis ⁊ hoc mō desiderat ꝑm: ⁊ ideo isti duo itellect⁹ a lumine icipiunt ⁊ tenebris nunq̄ē pmiscētur: q: iz lumen forme que ab ipsis est occūbat ⁊ tenebris pmiscеat hoc accidit lumini nō ꝑm q̄ ex ipsis est: sed hz q̄ eē hz in cōtinuo ⁊ ꝗietate que tēpus metit: itellectus autē humanus eo q̄ est aīe intellect⁹ que imaginatiōe distenditur ⁊ sensu patit ⁊ alterat cōiunctus est imaginationi ⁊ sensui: ⁊ ideo icipit ab eo lumine q̄ō est pmirtū tenebris ⁊ p separationē apud se factā tandē venit in itelligibile sincerꝝ ꝓpter q̄ō est sicut visus nocticoracis in iceptione sua. Sed q: preexistentiū cognitio multū cōfortat lumē ipsius p studiuz facit q̄ visus noctue nō hz: venit enīz ab itellectu obscuro ad lumē sincerꝝ ⁊ a lumine sincero coadunato visu venit ad lumen primū ⁊ p gradus ascēdens tandē accipit ipsum in fonte luminis sicut aquila cōtuet lumen in rota solis: ⁊ hec est sūma felicitas: ⁊ in eo finit desiderū quotiēs hoies nā scire desiderāt: hec enīz cōtēplabilia sunt nature mānifestissima: q: p se manifesta existētia oib⁹ alijs cā sunt mānifestationis.

Mota aureaz ꝓtolomei sniaz pro q̄ vide i sūt Auer. 12. metaphy. cō. 45.

z^a intelligibile.

z^a est cognoscibile p''' ⁊ diuinū

Intelligibile mathematicū tripler.

Intelligibile phyficū z^a.

z^a est itellect⁹.

¶ Cap. z'''. Q̄ grates omnibus referende sunt qui in tanta difficultate ad veritatem conati sunt.

Tex. cō. 2.

On solū aūt iustū est hijs referre grates phis quoꝝ aliqs in veris opinionib⁹ cōmunicat: sz etiā illis q̄ de veritate aliqd supficialiter enūtiauerūt: ideo enīz: q: difficultatis cā in natura plātata est excusandi sūt de balbutiōe ⁊ grates eis referēde de studij laboze: cū primi viaz alijs fecerūt: ⁊ in hoc pro certo aliqd sunt cooperati ⁊ nō cōnexerunt nobiscū. Remāsit enīz in via quā fecerūt ⁊ possibilitatē ostenderūt ꝑuenīdi q̄ñis errarēt in multis: sic enim preinstrurerūt ⁊ ꝓparauerūt vt ab inuētis ab eis ꝑfiteretur in phia: ⁊ hoc q̄dem videre possumus in scētia particulari quā Timotheus optime cōsiderans pfecit. Qui si nō fuisset multū ⁊ multimodā melodiā ꝑm. 9. musaꝝ causas in voce fidibus ⁊ fistulis ⁊ cymbalis nō haberemus: ⁊ si primus qui prius viā dedit nō fuisset Timotheus excitatus ad studiuz in muficis nō fuisset ⁊ phrynius cā fuit meritoꝝ studiorū Timotheo: ita ꝓtagoras cā fuit Timotheo: ⁊ Timotheus ꝓtolomeo: ⁊ hoc Boetio: ⁊ Boetius multis alijs: ⁊ eodē modo de enuntiātib⁹ veritatē in theoria veritatis. ¶ A quibusdā enim primis ⁊ laudabilib⁹ viris quasdā accepimus opiones dubias ⁊ debiles: eo q̄ illi victoratis oculis in initio viaz panderūt: ⁊ ꝑterea alij meliores ⁊ acceptabiliores dederūt opiones quas ⁊ nos accepimus: sz ⁊ primi

fuerunt

fuerunt hijs causa dicēdi ⁊ studendi ⁊ ideo vtriq; laudabiles ⁊ gratijs extollendi: ꝓpter qd ⁊ primitus hmōi viri laudabilib⁹ studijs operā dantes a qb⁹ onerib⁹ ⁊ vrbanitatibus absoluti sunt liberas accipiētes possessiōes nulla necessitate familiaris rei retracti sapiam inuenirēt ⁊ scriberent in ocio ⁊ aium nullis necessitatib⁹ ad exteriora retractū ad interiora colligerēt: ⁊ intellectū vt ita dicaz intus legerent ⁊ inuenirēt in lumine soli intellectui cōnaturali: ⁊ de hijs quidem in precedētibus dictum est: sed adhuc in sequentibus determinabiḡ. ℙatet igitur qualiter theoria veritatis sic quidem facilis est sic autem difficilis.

¶ Cap. 4m. Que sit scientia veritatis: ⁊ q̄ a verissimo causatur omnis veritas.

Tex. cō. 3. Quod autē sola phia veritatis scia voceḡ recte hz fm rōnez. Ex hijs enim que in priori ante hunc librū determinata sunt manifestū est q̄ theorice siue cōtēplatiue siue speculatiue scientie veritas est finis: practice aūt siue operatiue scie fm suū nomē finis est opus: ḡnis enim practice intēdant aliqd̄ q̄ūo se hz opus fm motus efficiētis ⁊ mā̄e sicut architectonice faciūt: sicut supius ⁊ in. z. physi. 2. phi. 24. ⁊. 25 determinauimus: tm̄ nō cōsiderāt cām fm se ꝓut pn̄m̄ est eē ⁊ sciētie in causato: sed practici oēs speculanḡ cām relatam ad aliqd vsus siue vtilitatis ꝓut nunc ⁊ nō semp simplr: ⁊ ad hoc vtilis est sicut qui facit serrā cōsiderat serrū: eo q̄ delana icidens serra fieri nō pōt vtiliter ⁊ cōsiderat formaz in figura dentiū: q: nisi dētata sit nō incidit p minutias: ⁊ hoc modo nauta timonis cōsiderat spēm ⁊ formā ad vsum gubernatiōis. Oīs igiḡ practicoꝝ speculatio nō est vt sciam⁹: sed vt agamus aliqd vtiliter ⁊ vt nunc. ¶ In speculatiuis aūt theoreis cōsideramus vtiler ⁊ vt semper cām rei fm q̄ Tex. cō. 4. cā est: ⁊ hoc ideo facimus q: vex de re nescim⁹ sine cā. Scire enim arbitramur vnūqd̄q; cū cām cognoscim⁹: vnūqd̄q; enim sic cōsideramus ⁊ nō aliqd specialr vel magis pticulariter ad opus relatū. Id aūt inter alia pro cā marime considerāmus fm q̄ sicut cām in oībus est alijs est vniuocatio nois ⁊ rōnis: sicut verbi gratia dicim⁹ q̄ ignis calidissimus est: q: caliditatē hz simplicē ⁊ in termio: ⁊ hoc est calorīs cā oībus alijs in rei ⁊ nominis participatione. Hz enim aer calidus fit: nō tm̄ sic actiuā in alia hz caliditatē: a filij ḡ arguendo verissimū est illud qd̄ oībus posteriorib⁹ est cā in hoc q̄ vera sunt: ⁊ veritatis nomē ⁊ rōnez participāt: hec aūt sunt principia existētis fm q̄ existēs est sicut sepius ostēdimus. Quapropter ea que ꝓpetua ⁊ semp existētis sūt principia: necesse est eē verissima: hec enim sunt que nō sunt q̄ñq; vera ⁊ q̄ñq; nō: sed semp nec sunt illis vera ⁊ nō alijs sz oībus ⁊ vbiq;. Hec talib⁹ sicut cā prima cā aliqua est eē vera: sz ista oībus alijs sunt cā veritatis. ¶ Cū aūt eadē sint principia esse ⁊ veri ⁊ scire: sequitur nēcio q̄ vnumqd̄q; sicut se hz ad esse: ita se hz ad veritatē. Cū igiḡ hec sciētia que est de ente fm q̄ est ens se habeat ad principia eē prima nō cuidā ⁊ alij nō: nec q̄ñq; ⁊ q̄ñq; nō: nec aliqua sit ante eam: ⁊ hoc modo nulla particulariū sciētiaꝝ se habeat ad esse ⁊ veritatē: sed vnaquēq; particulariū cōsiderat principia cuiusdā ⁊ cuiusdam nō: ⁊ que q̄ñq; sunt principia ⁊ q̄ñq; nō: ⁊ quelibet aliarum habeat ante se istam pz q̄ ista scientia cā est veritatis omnibus particularib⁹ scientijs. Et ab ista oēs accipiunt principia veritatis que est in eisdem.

¶ Cap. 5m. In quo inducendo probatur q̄ ad rectam theoriam cause non procedunt in infinitum.

Tex. cō. 5. Alia aūt theoria veritatis nō habeḡ nisi p causam: nec theoria vnq̄ perficiḡ nisi cause sint finite: opz nos ostendere causas eē finitas. Dicimus igiḡ q̄ in omni esse ⁊ in omni theoria sicut cuilibet palā est: principiū est quoddam in quodā genere causalitatis: ⁊ ideo cause existētium ifinite esse nō possunt siue fm directā theoriā: vnā aūt alterā eiusdē modi cām accipiamus siue sumamus hz spēs causaꝝ ifinitos esse causalitatis modos: hoc aūt inductionis modo ꝓbaḡ in singulis causaꝝ specieb⁹. ¶ Hec enim est possibile vt hz modū causalitatis materie hoc ꝓgrediatur ex hoc fm rectā theoriā in ifinitū: velut si diceremus carne quidē ꝓgredi ex terra velut ex sua ꝓpria mā: terrā vo progredi ex aere: sicut ex sua ꝓpria mā: ⁊ aerez ex igne sicut dixit ℙmpe. ⁊ hoc fm rectā theoriaz nunq̄ stare sed abire in infinitū: ita q̄ nō fit deuenire ad materiā p̄mam: que cōis est oīb⁹ mātis: q̄ si cōe p̄mū distat p ifinita nunq̄ cōuenit fieri appropriationē vsq; ad ꝓpriā illius ⁊ istius mām: q: que cunq; additis nō appropriabiḡ qd̄ a ꝓprietate istius distat per ifinita: ⁊ cū nō fiat ḡnatio alicuius nisi ex ꝓpria sua mā: nō fieret vnq̄ generatio alicuius. ¶ Similr aūt hoc manifestū est fm eundē theorie modū in cā efficiēte que est vnū principiū motus: sicut si diceremus boiez ab aere circūstante moueri hz virtutes celi: ⁊ aerē moueri a sole qui fert oēs virtutes celi ⁊ aduehit radijs suis: ⁊ solē diceremus moueri ab odio sicut dixit ℙmpe. ⁊ hmōi mouētiū nullū oīno eē finē: q: in causis mouētib⁹ cōis cā ⁊ remota efficitur ꝓpria: sicut ⁊ in mālibus eē dirimus: ⁊ oēs mouēt virtute mouentis primi. Et iō si mouēs primū distat per ifinita nunq̄ fiet appropriatio: ⁊ cessabit oīs motus ⁊ tota nā. Similr ⁊ fm eundē ꝓbationis modū ostendiḡ hoc in cā finali que est cuius cā fit oē qd̄ fit in alijs causis: q: ꝓpter illam mouet efficiens: ⁊ ad eā mouēḡ mā. Hāc igitur fm directā theoriā nō est possibile abire in infinitū: sicut si dicamus q̄ ambulare est ꝓpter sanitatē: sanitas est ꝓpter felicitatē: ⁊ felicitas iterū est alteri⁹ gratia: ⁊ ita dicamus semp aliud eē alteri⁹ cā in ifinitū: q: si sic eēt cū oīa prioza sint ꝓpter vltimū: cōtingeret si vltimū nō eēt q̄ nec prioza eēnt ꝓpter vltimū: ⁊ sic ꝓpnibil esset oīno vltimū eniz nō est si distat p infinita media: fm aūt oēm eundē modū cōsiderationis ꝓbaḡ: q̄ sīr est in quid erat eē que cā est formalis ⁊ rei ꝓpria qddiras: q: cuz motus sit forma post formā si forma que est rei termin⁹ distaret per infinita in actu accepta media nunq̄ contingeret aliquē motū pfici qd̄ plane ⁊ absolute est falsissimum.

¶ Cap. 6m. Qualiter demōstratiue ꝓbaḡ q̄ cause efficiētes fm spēm nō vadunt in infinitū: ⁊ hoc per syllogismum.

Hoc aūt idem p syllogismū sic demōstraḡ: ⁊ primū in cā efficiēte. In causis eniz mouētibus sicut in. 8. phy. declaratū est: q̄dā sunt p̄me: ⁊ q̄dā mediē: ⁊ q̄dā vltime. In talib⁹ aūt oīuz medioꝝ mouētiū que sūt mouētiū mota extra q̄ est accipe aliqd qd̄ est vltimū qd̄ est motū tm̄ ⁊ extra que est accipe aliqd primū qd̄ est motū tm̄ nō motū oīum taliuz in toto ordine mouētiū vel motoꝝ id qd̄ prius est in ordine mouētiū est cā mouēs oīum eoꝝ que sunt post ipm in eodē ordine: ⁊ priori cessante a mouēdo mouens necesse est oīa alia cessare: ⁊ in hoc toto ordine ḡtūlibet multa sint numero ⁊ subto nō tm̄ sunt nisi cā fm spēm mouētis: si mouēs tm̄ nō motū ab alio ⁊ mouēs aliud ⁊ motū ab alio ⁊ tertiū qd̄ est motū tm̄. ¶ Et si nos interrogati fuerim⁹ qd̄ istoꝝ triū opz dicere simplr cām mouētē. dicemus q̄ id qd̄ est primū qd̄ p se mouēs est opz simplr ⁊ vltra dicere mouētem eē cām ⁊ eē vlr mouēs. Non enim possumus dicere q̄ id qd̄ est vltimū sit cā mot⁹ ⁊ mouēs: q: hoc est motuz tm̄: ⁊ iō illud nulli est cā mouēs: sed est finale in quo stat virtus ⁊ causalitas mouētiū. Sed neq; mediū possumus dicere esse simplr cām mouētē ⁊ mot⁹ pn̄m̄ eo q̄ mediū est mouēs motū ⁊ est fm formā mouētis vnū ⁊ nō est cā mot⁹ nisi vni⁹ qd̄ est motum tm̄. Qd̄ aūt nō est nisi cā vnius in genere aliquo nō est cā simplr: q: qd̄ simplr est cā in aliquo ḡne causalitatis oībus illā spēm cause pticipātib⁹ est cā sicut iam in antehabitis hui⁹ eiusdē libri ostēdimus. ¶ Sicut aūt iā ad̄ dirimus quo ad formā mouētis moti nulla est dīa siue vnū vel plura subto dicanḡ eē mouētia mota: siue ēt dicantur finita aut ifinita: q: ḡtūlibet finite vel ifinite multiplicenḡ subto vel numero formalr tm̄ oīa media sunt vnū: ⁊ nō curam⁹ de māli multiplicatione sed de formali tm̄. Infinitoꝝ eniz numero ⁊ subto ⁊ oīno ⁊ vlr ifiniti alicui⁹ fm istuz accepti partes oēs in forma medij mouētis sunt: ⁊ in illius forma sunt vnū: ⁊ sīr est si demōstraḡ p oīa media que a pn̄o mouerunt vsq; ad illud qd̄ mouet hoc ⁊ mō siue nūc. Cum igiḡ oīa media nō tm̄ moueanḡ ⁊ moueāt nisi ex aliquo prio ⁊ p se mouēte: ⁊ id qd̄ mouēḡ tm̄ ēt nō moueaḡ nisi ex mouente ⁊ moto. Si in toto isto ordine mouētium nō est aliqd qd̄ sit vlr mouēs primū oīa mouēs ⁊ nō motū ab aliquo: sequiḡ q̄ ex toto ordine istoꝝ mouētiuz nulla sit penit⁹ cā mouēs: q: nō erūte primo nullū mouebit alioꝝ. ¶ In hac aūt demonstratiōe que ēt posita est in. 8. phy. eo q̄ q: mouēs motū cōposi-

Tex. cō. 6. 8. phi. 38. ⁊. 37

Obiectio. Tex. com. 37. ⁊ infra.

tũ est: ⁊ huius cõpõnis id qõ est motũ p se inuenit extra cõ/
positionẽ: opz ẽt q̃ id qõ est mouẽs tũ p se inuenitur: ⁊ tunc
demõstratio eadẽ supat idem qõ hic dictũ est: videbit aũt
forte alꝗ ꝗriũ q̃ hoc dicit ad id qõ in.8.phy.dirimus motũ
ifinitũ eẽ ⁊ nõ stare: ab vno.n.motore simplici ꝑm formaz in
eo q̃ imediate mouet nõ est nisi motus vnus. Primũ autẽ
mouẽs simpler est ꝑm formã ⁊ sic ab ipsa non est nisi motus
vnus. Siꝗ aũt ⁊ media mouẽtia oia nõ sũt nisi formaliter
vnũ: ergo ⁊ in illis ⁊ ab illis nõ est nisi motꝰ vnus ⁊ sic stant
isti motus in vltimo qõ mouet. Ostẽsuz aũt est in.8.phy.q̃
nõ stant oino. ¶ Ad hoc aũt itelligẽdũ opz scire q̃ nos ordi
nem ⁊ numerũ mouẽtium causaꝝ duplꝗ possumꝰ accipere ⁊
duplꝗ est iste ordo in nã: vno qdẽ modo vt mouẽtiũ ordo ⁊
numerus accipiat cũ ordine cõuertẽte situz ⁊ sic primũ mo/
uens est primũ celũ cõpositũ ex motore ⁊ ex corpe qõ primo
mouet ⁊ media que sunt mouẽtia q̃ mota sunt oia sic cõpo
sita: ⁊ vltimũ motũ est corpꝰ in quo cõsistit virtus primi mo
uẽtis que est actus eiꝰ ꝑm q̃ est mouẽs: qꝛ sicut dirimꝰ in.3.
phy. motꝰ est actus mouẽtis hec enim nõ sunt mouentia situ
⁊ numero determiata ꝑm ordinẽ. 10. sperax ⁊ vndecima est
spera ignis ⁊ p̃ter hec spera aeris ⁊ deinde spera aque: ⁊ vl
timo spera terre ⁊ mouẽtia ꝓpria ad gñationẽ singularum
plãtaꝝ ⁊ aialium que finita sunt numero ⁊ forma in subto ⁊
situ aliter accipit ordo mouentiũ per se ꝑm q̃ abstrahit a si
tu ⁊ ꝑm hoc mouẽs est primũ simplꝗ mouẽs ⁊ nõ motum ⁊
mouet motũ primũ p se vniforme ⁊ postea venit motus per
mouẽtia mota p se sicut prius dictũ est vsqz ad id qõ moue
tur tũ: ⁊ sic itꝰ finit. est motus q est actus primi motoris
⁊ stat ifra duos terminos quoꝝ primus est mouẽs tũ ⁊ se/
cundus est motũ tũ ⁊ hoc mõ ꝓcessimus in demõstratiõe
a nobis hic iducta. Tertio mõ sumit numerus ⁊ ordo mo/
uentiũ p accidẽs ⁊ nõ p se ꝑm q̃ accipit mouẽs primuz vno
mõ se hãs ad eternũ nec finitũ nec infinitũ hoc mõ ꝓput cor
pus vel virtꝰ corporis est finita vel ifinita ⁊ motũ primũ ac
cipit ꝑm q̃ ipm semp est in principio ⁊ fine simul potentia ⁊
nõ actu: ꝑm.n. hũc modũ vnus motus ifinitus ꝑm nãz est a
primo motore in mobili primo ⁊ hoc nõ est ꝑm formã primi
mouẽtis ꝑm q̃ est mouẽs sed potiꝰ ꝑm q̃ ipm est spericum
semp in potẽtia in principio in fine erũs. ¶ Hoc igit mõ ac
cidentis quo eẽntialiter cõuenit qõ nõ cõuenit ꝑm ipm mo
uẽti ꝑm qõ est mouẽs ⁊ moto ꝑm qõ est motũ. Accidit mo/
tum eẽ ifinitũ neqz finit itra aliquos duos terminos: ⁊ hoc
dico ꝑm nãm primi mouẽtis ⁊ moti primi ⁊ nõ ꝑm q̃ deter/
minat voluntas eiꝰ ad mouẽduz ad qõdã determinatũ si/
cut direrũt mlti theologizãtes. Et atrẽde q̃ hoc mõ accidẽ
tis mouẽtia media potẽtia sunt ifinita: qm̃ si ponamꝰ duos
motus. s. planes ⁊ aplanes eẽ sup polos diuersos ꝑm iequa
lem velocitatẽ ⁊ tarditatẽ: ⁊ ꝑmũ est motũ aplanes qui vo
cat diurnus: ⁊ z̃ est motũ planes super diuersos polos: se/
quet nẽcio q̃ qm̃ pp diuersitatez medioꝝ relatoꝝ ad supi
quolibet in momẽto motꝰ est diuersitas angulorꝝ ⁊ formaꝝ
mouentiũ ⁊ hoc potẽtia cõtinue ereũte in actũ est ifinituz: ⁊
qꝛ ꝑm has formas currit generatio ⁊ diuersitas figuraꝝ in
generatis sequet necessario q̃ generatio ꝑm hmõi circuluz
qui ꝓpter diuersitatẽ poloꝝ obliquus est erit iqueta ⁊ vir
tualiter ifinita: sicut dirimus in scõo perigeneseos: ⁊ iste est
intellectus peripatheticoꝝ in hoc loco quẽ multi ignorae
runt. nõ enim est dubiũ motũ ⁊ generationẽ ifinitã eẽ ꝑm cõ/
uenientiã mouentis ⁊ moti quãuis finiri possit omni hora ⁊
omni die ꝑm iperiũ dei illius qui dꝰ deoꝝ dñs ⁊ deus socra
tis sicut bene direrũt. Trimegistus Hermes ⁊ Plato. Sic
igitur pz qualiter consistit motus ꝑm q̃ est actus mouentis
⁊ mobilis ⁊ finitur ⁊ qualiter non consistit neqz finitur.

Solutio. Mõ quo ordo ⁊ numerꝰ mo uẽtiũ cãꝝ duplicitꝗ ꝓt ꝓci pi. vide ꝓ hoc Cõ. hic cõ. 6.

Ter. cõ. 56.

¶ Cap. 7m. Qualiter demõstrat q̃ cause mãles stant i deorsuz.

Ter, cõ. 57.

Um aũt iam manifestũ sit q̃ in ordine mouẽ
tiũ est statꝰ sursuz ad mouẽs sicut ꝓbauimꝰ.
Per se eni ad sensuz nobis erat certũ: q̃ i de/
orsuz steterint mouẽtia: eo q̃ apud nos in sen
su videmꝰ mota nihil vlteriꝰ mouẽtia: sic econ
tra in mã videmꝰ tertissime q̃ in sursuz in pri
ma mã stant cause: qꝛ necesse est q̃ primũ ex quo fit qcqd fit
sit incorruptibile ⁊ ingenitũ sicut iam ante dirimꝰ: ⁊ iõ cõstat
p se q̃ cause mãles stant in sursuz sicut ẽt cõstitit q̃ cause ef
ficiẽtes stant in deorsum: ⁊ iõ sicut ꝓbauimꝰ causas efficien
tes stare in sursuz: ita opz q̃ ꝓbemus causas mãles stare in
deorsum. ¶ Dicamꝰ igit q̃ sicut nõ est pole in mouẽtibꝰ in
sursum in ifinitũ abire: ita nec in deorsum in causis mãlibꝰ
possibile est abire in infinitũ: ꝛz sursum habeat ꝑm̃ in eo q̃
ꝑmũ est ex quo fit aliqd: sicut si dicamus cũ Empe. ignẽ eẽ
primũ: ⁊ dicamꝰ ex igne qdẽ vt ex prima mã fieri aquã: ⁊ ex
aqua terrã: ⁊ ita semp fieri aliqd aliud ex aliquo ⁊ hoc nũq̃
stabit. Duplꝗ eni fit aliqd ex aliquo: aut q̃ mutet ordo po/
ris ad posterius: ⁊ tũc opz q̃ posterius sit pfectio prioruz: ⁊
prius sit via ad posteriuꝝ sicut dirimꝰ q̃ ex istmis siue ludis
inchoatiuis agonũ fiunt pfecti agones olympij: aut sic diri
mus in exẽplo nobis noto q̃ ex vespera fiunt tormenta: ⁊
aut sicut dirimꝰ q̃ ex ordinatiõe castroꝝ fiunt bella siue ag/
gressiões: ⁊ vlꝗ sicut dirimꝰ fieri cõpletũ ex hoc q̃ impfectũ
eiusdẽ forme erũs: nec hoc dicimꝰ solũ in artificialibꝰ ꝛz ve
rius dicimus in nãlibꝰ: sicut dicimꝰ ex puero ad robur ⁊ cõ/
sistentiã cõpleriõis mutato fieri virũ pfectũ. scõus aũt mo/
dus est sic dirimꝰ q̃ ex aqua fit aer. ¶ Ad hoc aũt itelligen/
dũ opz scire: q̃ eẽ ad qõ est motꝰ mãe duplꝗ accipit. Est eni
esse forme que est sicut somnus: ⁊ eẽ forme que est sicut vigi
lia sicut dirimus in scõo de aia: eẽ aũt forme que est sic so/
mnus: est eẽ ligatũ ⁊ potẽtie mãli pmixtũ ⁊ ipfectũ: ⁊ hoc eẽ
hz multos gradus eo q̃ motus est forma post formã: ⁊ hoc
eẽ est eẽ forme ꝑm q̃ forma adhuc est fluẽs in motu de esse
ad esse sicut dirimꝰ in.16. de aialibꝰ q̃ nõ est viuũ ⁊ animal
simul: ⁊ nõ est hõ ⁊ aial simul: ⁊ hoc mõ nõ est ifans ⁊ puer si
mul: ⁊ nõ est puer iuuenis ⁊ adultus simul: ⁊ nõ est iuuenis
⁊ vir simul: ⁊ in viro est status eẽ forme que est sicut vigilia
nõ ligatas vel ipeditas hãs opatiões: qꝛ sicut dirimꝰ in.7.
phy. nõ equaliter pueri iudicãt senibꝰ presbyteris: ⁊ ꝑm hoc
ꝑm prudẽtiã dictus itellectꝰ nõ eq̃liter inest oibus hoibꝰ: ꝛz
potius in sedẽdo ⁊ quiescẽdo cõplexione fit aia sciens ⁊ pru
dẽs. Alio aũt mõ fit aliquid ex aliquo sicut ex potẽtia mate
rie que est subm trãsmutatiõis ⁊ motꝰ: primo q̃ mõ hoc fie
ri ex hoc est hoc fieri post hoc sine trãsmutatiõe substãtie: ꝛz
nõ sine alteratiõe qualitatis mãe. Scõo aũt mõ fieri hoc ex
hoc est vnũ fieri ex altero nõ sine trãsmutatiõe substãtie: er/
go ꝑm ea que nũc dicta sunt sic ex puero virũ fieri dicimꝰ si/
cut dicit fieri hoc qõ ꝓtinue fit ex forma post formã ex eo q̃
iam factũ est ꝑm eandẽ formã: ꝛz q̃ est sicut somnus: ⁊ sicut
fieri dicimus id qõ cõtinue perficit p gressum ad perfectuz
esse forme: q̃ est sicut vigilia ex eo q̃ pfectũ ꝑm eẽ est impfe
ctũ ⁊ diminutũ qõ est forme que est sicut somnus ligare mu
tationibꝰ ⁊ qualitatibꝰ mãe. Generatio enim que est conti
nua mutatio ad vltimã pfectionẽ semp est mãe infra esse ⁊
nõ eẽ: donec ad cõplemẽtũ vltimo deueniat in quo forma p
fecte terminat mãm: ⁊ sic oẽs suas opationes exercere sup
eã in nulla parte ipedita: ⁊ siꝗ q̃ qõlibet factũ semp est exi/
stentis ⁊ non erũtis qd cuiuslibet fieri multa sunt hec facta
⁊ in quolibet abiscitur nõ esse ⁊ accipit eẽ: ⁊ cõtinue sic ẽ for
ma post formã ⁊ esse post eẽ primo qdẽ ex nõ esse ad eẽ ꝓce/
dens: ⁊ post ea cõtinue ꝓcedens quasi ex somno ad vigiliã:
⁊ cũ euigilat ꝑm operationẽ vnã nõ euigilat ꝑm opationem
aliã: ⁊ hoc de quodã nõ esse ad qõdã esse ꝓgrediens: ⁊ hoc
exẽplum est q̃ nõ solũ dicimus ex ignorante fit sciens: sed ẽt
dicimus q̃ addiscẽs qui iam ꝑm aliqd hz sciẽtie formaz fa
ctus est sciẽs pfecte: ⁊ hoc significamꝰ in motu cũ dicimꝰ q̃
ex addiscẽte fit sciẽs cũ sic duplꝗ dicat hoc fieri ex hoc: illud
qõ sic dicit fieri ex hoc: sic ex potẽtia ⁊ nõ eẽ sicut fit ex aere
aqua nõ fit ex illo nisi corrupto altero ꝑm subam: illud autẽ
quo hoc dicit fieri ex hoc sicut post hoc nõ fit ex hoc illo cor/
rupto ꝑm subam: ⁊ hoc est in oibus cõmixtis ex eẽntis in q̃/
bus paulatim ꝓgressus fit ad eẽ pfectũ p multa media: qõ
nõ fit in simpliciũ gñatiõe ex iuicẽ: ꝓpter qõ ẽt illa in qbus
fit hoc ex hoc sicut post hoc nõ reflectunt siue cõuertunt ad
inuicẽ: qꝛ id qõ est prius nõ põt eẽ posteriꝰ ad idem. vñ nec
dicimꝰ q̃ ex viro fiat puer: ex cõgressione ordinatio castro
rũ: nõ enim dicimꝰ q̃ factũ iam in esse pfecto fiat ex gñatione
illa que est forma post formã: sed potius dicimꝰ q̃ sic factũ ⁊
pfectũ in vltimo termino gñationis fit post gñationẽ iperfe
cti ꝓgredẽtis ad pfectũ sine corruptione sube: ⁊ sic dies p/
fecta que est meridies qm̃ lumẽ solis totũ iplet hemisperiuz
circulo pyramidis luminis solaris directe sup terrã vndiq̃
iacẽte ⁊ diametro pyramidis ꝓpendiculariter cẽtruz in he/

Scõo de aia ter. cõ. 5.

7. phy. t. c. 20.

misperio

misperio pcutiente fit er aurora vel mane: in quo lumē qō est forma diei permixtū est opacitati ⁊ pyramis solis nō nisi in pūcto tangit sperā terre ꝑm hemisperij descriptionez: ab illo enī mane continue erigit pyramis donec in meridie pfecte stat sup hemisperiū: ita q̄ circulus q̄ est basis pyramidis ambit circulū orizōtis ⁊ iō nō pōt dici q̄ ꝯ gnationē diei aurora siue mane fiat ex meridie. ¶ Exēpluz aūt qō q̄dā hic ponūt sicut in vapore fit nebula nō est cōueniens: q̄ nō semp ex vapore fit nebula: sed vapor depressus est nebula nisi dicamus q̄ nebula dicat vapor spissus: ⁊ q̄ vapor p nām factus est ꝛtinue inspissat egredīte accidētali calido ⁊ sic mot⁹ ille pficitur inesse nebule. Altera que est generatio simpliciū quib⁹ nihil ꝑiacet nisi mā simplex ingenerabilis ⁊ īcorruptibilis reflectunt siue ꝓuertunt adinuicē. ¶ Sic igit hoc fieri ex hoc duplr dicimus q̄ vtrūq̄z horū ipossibile est in infinitū abire. Illā generatio eorū que nō cōuertunt est infra erūtia impfectū ⁊ perfectū ⁊ in hijs necesse est eē finez in quo stet generatio q̄ aliter ꝑiret finis qui in nā itendit ⁊ esset casuale opus nature: igit nō fit hoc ex hoc in talibus. Alia aūt que sunt simplicia reflectunt adinuicez: ⁊ nō semp fit hoc ex hoc in ifinitū ꝑm rectā gnationis theoriā sed alterius generatio est alterius corruptio in talib⁹: sicut ostēsuz est a nobis in scō pigeneseos. ¶ Ex hoc igit vlteri⁹ cōcluditur q̄ primū sempiternū ingenerabile ex quo aliquid fit impose est corrūpi: cōstat enīz ex omnibus que in fine p̄mi pbicorū ⁊ hic dicta sunt q̄ ꝑm nullius vnūq̄ pbi positionē generatio est ifinita in sursum respectu primi: q̄ glibet posuit aliqd māle elintū eē primū. Necesse est aūt ex quo primo ꝑm subam corrupto aliquid factū est nō esse illud sempiternuz. Cū vō circularis sit talium generatio: ⁊ vniusciusq̄z eorūz generatio ex altero fit alterius corruptio: nullū elemētū manet incorruptū ⁊ sic nullum eorū est simpliciter materia p̄ma sed potius qō est incorruptibile ⁊ ingenitum.

Tex.cō.56.⁊ infra.

¶ Cap.8m. Q̄ causa finalis non potest abire in infinitum.

Tex.cō.8.

Adplius aūt id qō est cuius cā sumit oia alia est finis siue cā finalis: ⁊ talis cā sic vltima est in motu ⁊ prima in intētione: q̄ ipsa nō est alicuius alteri⁹ cā: sed alia oia sunt ꝓpter eam ⁊ cā ipsi⁹. ¶ Si igitur tale qd qō talis ꝯ cause modū ⁊ rōnē fuerit ipm qō vltimū est in motu mouētis ⁊ materie hui⁹ qō est finis mot⁹ vtriusq̄z dictarū causarū nō pōt esse infinitū: q̄ vltimū qō est finis vltimo acceptū est actu q̄ est motus efficiētis ⁊ mā: ⁊ p sic acceptuz actu pfecta quiescit mā que est subm motus ⁊ principiū mouens cessat mouere: infinitū aūt est cuius partes accipienti semp est aliqd extra accipere: ⁊ iō nunq̄ in ipso cōuenit accipere vltimū. Si vō detur q̄ id qō est finis nō erit tale vltimum sequet q̄ finis nō erit id cuius cā mouet efficiēs ⁊ cuius cā mouet mā: ⁊ hoc est q̄ cā finalis nō est causa finalis. ¶ Amplius aūt illi qui sua positiōe faciunt ifinitū in cā finali quasi sui dicti obliuiscunt: q̄ volūt entia eē bona ⁊ bonuz esse qō oia optāt ⁊ ad qō ⁊ ꝓpter qō mouent: ⁊ in ista pōne auferūt boni nām ⁊ rōnem: nihil enim optat hoc nāli appetitu qō nunq̄ cōtingit cōsequi q̄ eēt vanū ⁊ inutile nāle desideriū. Id aūt qō in infinitū distat a quolibet entiū nunq̄ cōtingit cōsequi: igit illud nō cōtingit appeti: ⁊ sic illud non esse bonū alicuius cōsequit ex hoc qō infinitū. Infinitū igit faciens in cā finali aufert rōnē boni entiū. ¶ Amplius aūt nullus oino mouētiū ⁊ efficientiū conabit aliqd facere si nō sit futurus venire ad terminū mot⁹ vel opis sui: q̄ nec op⁹ regit itelligētia q̄ mouēs est vt motū ⁊ ab ipsa est nālis appetitus boni ois rei nāliter: ⁊ tūc sequit q̄ aut casu moueat oē qō mouet ⁊ casu moueat oē qō mouet: aut q̄ cā finalis actu ictudat a motu q̄ est actus pfecti mouētis ⁊ actus impfecti mobilis: primū aūt horū est impose: ⁊ m igit erit nēcio cōcedēdū. ¶ Ampli⁹ aūt itellect⁹ actiu⁹ qui grece vocat practicus ꝑm hoc nihil eēt in erūtib⁹. Ois enī q̄ talē ꝯ intellm cā alicui⁹ facit oē qō facit. In liberalib⁹. n. finis est opatio ipsa. in mechanicis aūt apotheleſma siue opatū: in musicis aūt cātū volumus: in fabrili aūt gladiū vel qd tale p opationē effectū siē determinatū est in p̄n nostrorū ethicorū. Id aūt pp qō facit q̄ itellectū ꝯ termin⁹ est aliqs quē opere consequi intēdit igit idipsuz est cā finalis: q̄ finis intentus nihil aliud est q̄ terminus operis ⁊ intentionis ⁊ appetitus.

Tex.cō.56.

¶ Cap.9m. Q̄ cause formales non vadunt in infinitum.

Tex.cō.10.

Eodem aūt mō ostēdemus q̄ ifinituz nō est in cā formali: forma enīz resoluit in diffinitēta si est forma que est spēs. Si aūt est forma gnationis stat in aliquo primo sicut iā ostēdem⁹. Loquamur g̃ primo de forma que est totū eē ⁊ est spēs. ¶ De illa enī ꝑm duas cōparatiōes oportet ostēdere q̄ nō est ifinita: q̄ enim illa cōstituit ex gnē ⁊ differētia oportet ostēdere q̄ stans iferius ad differētiā vltimā cōstituētē nō est ifinita ad supius p gnā: ⁊ hec est prima ostēsio: ⁊ secō reuertemur ostēdētes q̄ stans supius in gnē non est infinita versus iferius p differētias diuisuas ꝓpter quarū ifinitatē nō est accipe vltimā cōstituētē dilam. ¶ Dicamus igitur q̄ forma que qd erat esse rei eo q̄ quicqd est preter ipsaz nō est de esse sed de indiuiduātib⁹ nō cōtingit diuidēdo p sua diffinitēta reduci ad aliā rōnē que suorū diffinientiuz sit diffinitio que multiplicet sup rōnē diffinientiū superior in ifinitū. In talib⁹ enim ꝛstat id qō est supius ⁊ prius siue ante semp eē magis cām rōnis ⁊ esse: ⁊ id qō est posterius minus eē cām p̄dictorū: q̄m id qō est prius ꝛnitibus est cā ⁊ nō ecōuerso sicut dirimus sepe: in oibus aūt talib⁹ necesse est primū aliqō qō est causa oīum: q̄m sicut in mouētibus prius dirimus in talib⁹ cui⁹ primū nō est nec cōsequēs est cū primū sit cā cōsequēti ⁊ q̄ est cā est igit genera in que ad supius forma resoluit spēi stant in aliquo vno p̄mo ⁊ sic ad supius forma nō ꝓcedit in infinitū. ¶ Amplius dicētes formā ab iferiori p differētias diuisuas ꝓcedere in ifinituz destruūt scire qō est de re ꝑm ꝓpriā nām ⁊ subam. Non est enim possibile scire aliqd ꝑm pfectū ⁊ verū sciēdi modū nisi prius p diffinitēta diuidēdo puenīat ad ea que ꝑm formā indiuidua sunt: ita q̄ formalib⁹ ad esse cōducētib⁹ vlterius nō diuidunt: q̄ illa forma sic accepta est vltima ⁊ ꝓpria rei pfectio: ⁊ cōuertibilis cā eēntialis: sed nō est aliquā rem cognoscere si ponat ifinitus eē p diuisas formas ꝓgressus: impossibile est enīz que sic sunt ifinita intelligēdo pertransire. ¶ Si enīz detur sicut dixit Plato q̄ sic intelligere oportet. Queramus quō itelligere oportet q̄libet cōpositū ex multis: nō enī sic itelligere ei qō est. s. infinita accipiēdo in talib⁹ sicut qui dā dicūt q̄ in linea intelligit totalitas linee per diuisiones medietatū ꝯ q̄ suarū medietatū diuisiones nō stat diuisio: ⁊ sic supficiē cōponi ex lineis ⁊ intelligi ⁊ corpus cōponi ex supficieb⁹ ⁊ intelligi: ⁊ omne diffinitū ex infinitis: ⁊ sicut isti dicūt nō cōtingit intelligere aliqd: nisi. n. statuat vltimū in quo stet diuisio nec pficiet esse nec pficiet scire ꝓpter cām quā dirim⁹: q̄. s. nos non arbitramur nos scire ⁊ cognoscere aliqd nisi cū causaz cognoscimus: ⁊ q̄m illius est cā ⁊ qō vltimū hēm⁹ vsq̄z ad elemētales causas: sicut declarauim⁹ in primo pbicorū: iō qui intelligēdo lineā ꝓcedit in ifinitū nunq̄ enumerabit sectiōes i quas diuidit: ⁊ iō nō itelliget ipsaz: sed si itelligi debeat oportet q̄ itellectus eius stet ad gen⁹ primū ⁊ ad differētiā vltimā qui est alius itelligēdi modus q̄ p sectionē diuisionis. ¶ Sed adhuc ēt si formā cōsideremus ꝓut est actus mā ⁊ pfectio cōpositi ex mā ⁊ forma ad huc impose est q̄ ipsa sit ifinita: q̄ hoc mō itelligēdi necesse est q̄ mā intelligat in eo qō iaz motū est ⁊ generatū: compositū enīz hoc mō p motū esse ⁊ gnātuz eē pfectū est: ⁊ hoc qō in actu est ⁊ pfectū eē ꝯ in nā. Si aūt qō infinitū est magnitudine vel multitudine nullū est eē actu ⁊ pfectuz in nā: igit ifinitū nō est hoc mō actu pfectū: ergo forma sic actu pficiēs nō est ei⁹ qō est ifinitū. ¶ Si aūt det q̄ ifiniti est taliter forma actu pficiēs ⁊ cōplens: sequetur q̄ ei qō nō est ifinitū eo q̄ est p formā terminatū ⁊ pfectū cōuenit eē ifinitū: ⁊ sic terminatū ⁊ finitū erit nō terminatū ⁊ nō finitū ⁊ sic ꝛdictoria ꝓficabunt de eodē qō est impose. Qō igit nullū genus causarū sit ifinitū ꝑm rectā theoriā ꝓbatū est a nobis.

Tex.cō. pmi.

Tex.cō.12.

¶ Cap.10m. Q̄ cause nō sunt ifinite ꝑm spēm causalitatum.

Tex.cō.13.

Quod aūt neqz ꝑm spēs causalitatū cause sunt ifinite sic declarat. Si enī nō quatuor: q̄m vt in precedēti libro dirim⁹ sed ifinite eēnt plurālitate spēs causarū: nō cōtingeret ēt hoc supposito aliqd pfecte cognoscere. Sicut enīz sepius dirimus tūc opinamur nos scire quālibet rerum: cū cognoscamus causas oēs ex qb⁹ est: ⁊ si qua deesset nō esset vera rei cōprehēsio per itellectū: q̄ vō eē nō cogno-

Tex.cō.10.

Tex.cō.13.

Tex.cō.9.

BIBLIOTECA UNIVERSITÁRIA DE GRANADA

scitur nisi p formā ⁊ mām: eo q̃ forma multaꝝ rerꝝ mām cō
cipit in rōne sua: fieri aūt rerꝝ nō cognoscit nisi p mouens ⁊
subiectū ⁊ finē: sed infinitū qd̃ per adiectionē specieꝝ ⁊ cau
sarū infinitū est nō ꝓtingit ptransire in tpe finito a quoquā
intellectū rei p causas accipiēte: igitur cū esse ⁊ fieri rei per
fecte per itellectū cōprehēdat nō possunt spēs causaꝝ eē infi
nite: esse enim rei est p suas causas actu: ⁊ iō nō possunt esse
infinite: q: cū infinitū nō sit nisi potētia ipossibile q̃ per infi
nitū aliquid fit in actu: quāuis enim forma vniuersalis que
est esse rei sit infinitoꝝ hoc nō est nisi in potētia ⁊ nō in actu.
¶ Nullo igit modo cause sunt ifinite fm aliquā rectā theo
riam lz per accidens fm theoriaz circularem sicut dirimus
quedā earū sunt infinite: finitis autē siue existentibus sunt
ipsa principia sciendi sicut sunt principia essendi.

¶ Cap.11m. Qualiter consuetudinis habitus impedimen-
tum est theorie veritatis.

Tex.cō.14. Cum aūt tam determinatum sit a nobis qual i
ter theoria veritatis facilis sit fm aliquē mo
dum ⁊ difficilis fm alium: ⁊ q̃ theoria verita
tis fit p causas qb⁹ nō accidit in ifinitū abire:
oppositoꝝ: ⁊ de illa dicit priuatio: hoꝝ aũt oiuꝫ causa est q̃ vnũ extra genus est: ⁊ vnũ in genere extra genꝰ qdẽ vlr conuertit cũ ente: in genere aũt vnũ qdẽ in suba facit ⁊ est idez ⁊ qualitate est simile ⁊ in quantitate est equale ⁊ sic de alijs. ¶ Opꝫ igitur q̃ vnũ extra genus qõ iportet modũ negationis extra genus: ⁊ vnũ in genere iportet moduꝫ negationis in genere. Si aũt accipit vt potẽtia pura importabit modũ priuationis: qz igit oẽs istos oppõnis modos hꝫ vnũ ⁊ pluralitas opponit vni opꝫ q̃ iam dicte scie que est prima pbia sit cognoscere quecũq̃ hijs opponunt que dicta sunt predicetis modis oppositionũ: ⁊ habebit cognoscere quecũq̃ opponunt hijs que dicta sunt p̃inductis modis oppositionũ: ⁊ habebit cognoscere opposita modis vnius: q̃ in vno sumit genere sicut diuersum ⁊ dissimile ⁊ in equale: ⁊ quecũq̃ alia vni in eodẽ genere dicto opponunt: aut que sunt dicta ꝑm ista opposita aut etiã quocũq̃ modo dicunt ꝑm pluralitatẽ ⁊ vnũ sicut causata ab ipsis: vnũ enim in genere substãtie dicit idem: ⁊ vnũ in genere qualitatis dicit simile: ⁊ vnũ in genere q̃ntitatis dicit equale: ⁊ hijs opponunt diuersum ⁊ dissimile ⁊ inequale cãta a pluralitate in dictis generibus accepta: ⁊ iõ dirimus q̃ negatio vnius duplex est extra genus: ꝑm q̃ cũ ente cõuertit ⁊ in genere qñ in vno determinato genere accipit vt idem simile ⁊ equale: vnũ aũt eorum que sic vni opponunt in genere vno accepto est ꝯtrarietas. ¶ Differẽtie nãq̃ accipiunt in genere determinato ⁊ differẽtie sunt ꝯtrarietas generis in quo potestate sunt differentie: cõtrarietas aũt diuersitas est ⁊ cã diuersitatis. Ex oib⁹ igitur inductis planũ est: q̃ cũ multipliciter dicat vnuꝫ opꝫ q̃ ea que dicta sunt oppositionũ multiplr dicant: attamẽ qz nõ dicunt equiuoce oia hoc est cognoscere vnius ⁊ eiusdem scie. Nõ enim sic multiplr dicta sunt simplr diuersa sicut equiuoca. Sed erunt equoca: si nec ꝑm primũ dicerent a quo nomẽ accipiũt: nec dicerent ad vnũ ad qõ depẽdẽt ꝯ rõnem: tũc enim oino esset rõ sube diuersa: ⁊ iõ de eis non posset determinare vna ⁊ eadẽ scia: hoc igit est cã diuisiõis ⁊ ordinis partiũ huius scie: qm̃ vo oia sic multipliciter dicta referunt ad id qõ primũ ⁊ p̃ncipalr hꝫ nomẽ illud ⁊ rõnem. Sicut verbi gratia quecũq̃ multiplr vnũ dicunt referunt ad primũ vnũ: qõ principalr vnũ dicit: ⁊ similr dicẽdũ est se habere in alijs multipliciter dictis sicut est idem ⁊ diuersum ⁊ cõtrariũ ⁊ hijs similia: opꝫ q̃ sigillatim sic reddendũ sit ad primũ cũ diuisum ⁊ distinctũ est quotiẽs siue quot modis dicit in singulis ꝑdicamẽtis que tali multiplicitate cõiter de multis dicunt: opꝫ enim distinguere quõ singula ad suũ primũ dicunt. in tali enim multiplicitate dicit hoc qdẽ habẽdo illud primũ p nomẽ ⁊ p̃ncipalẽ rõnẽ: illa vo alia dicunt noie illo facientẽdo actionem aliquã illius: sicut vetula dicit medica: alia vo ꝑm quosdã alios modos dicuntur: sic igit opꝫ nos in hac sapia specialẽ inducere libꝫ vt distinguamus quotiẽs singulũ taliuꝫ dicit ⁊ ille erit liber qntus. ¶ De pricipijs aũt entis ⁊ de statu principioꝝ oportuit fieri libũ primũ ⁊ libũ scõm: ⁊ qz principia sunt p que determinant huius scie quesita ⁊ oportuit prescire quesita: oportuit de quesitis iducere libũ tertiũ. ¶ Qualiter aũt quesita sunt determinãda p principia ⁊ qualr in vnã sciam reducũtur ⁊ quo ordine terminãda sunt oportuit scire p istũ libũ quartũ. ¶ Palã est igitur illud qõ in qõtib⁹ in precedẽti libro dictũ est q̃ vnius ⁊ eiusdẽ scie est sermonẽ hẽre de hijs oibus que sequunt vnũ: ⁊ de suba ⁊ p̃ñtib⁹ eius: hoc enim fuit vnũ dubitatoꝝ in qõtib⁹: qz ꝯ plures fuerint qões tũ circa vnũ versant oẽs. In. 6. enim qõtib⁹ que sunt a. 7. vsq̃ ad. 12. inclusiue hec quesita sunt: vtꝝ. s. vnius ⁊ eiusdẽ scientie eẽt determinare de substãtijs ⁊ cõsequẽtib⁹ vel non.

¶ Cap̃. 7m. In quo pbant ea q̃ dicta sunt in p̃cedẽti capl̃o.

Tex.cõ.5.

Hec aũt omnia pbant er hoc q̃ pbi de oib⁹ inductis est posse speculari ꝑm facultatẽ istã: qz si nõ est pbi tũc opꝫ q̃ sit alicuius qui cõsideret ens determinatũ quẽ supra vocauimus pbm particularẽ: sicut est mathematic⁹ vel pbicus: ⁊ tunc querat qs sit ille qui iuestigat si idez est socrates ⁊ socrates sedens: ⁊ similr in alijs in qbus dicitur idem vel diuersum: aut quis sit ille qui inuestigat si vnum vni est cõtrariũ vel nõ: aut qui inuestigat qd est cõtrarium ꝑm esse ⁊ nãm: aut qui iuestigat quotiẽs dicit singulũ multipliciter dictoꝝ: ⁊ similiter qs est ille q̃ iuestigat de omnib⁹ talib⁹: qñ enim ꝑm oia que idurimus entis ꝑm q̃ est ens ⁊ vnius ꝑm q̃ est vnũ sunt eedem passiones: ⁊ eedem passiones nõ sunt numeri inquãtũ est numerus: nec sunt linee inquãtũ est linea: nec sunt ignis inquãtũ est ignis: palaꝫ est q̃ nõ particularis scie sed vlis illius scie que considerat ens ⁊ vnũ est in talibus cognoscere ⁊ qd est siue subam ⁊ oia accidẽtia p̃ñtia eã: ⁊ iõ etiã primi pbi qui de illis accidẽtib⁹ intendebãt nõ peccãt: sicut nec recte vel de qb⁹ cõuenit pbari: sed iõ peccãt qz in oibus talib⁹ primuꝫ ens est suba: de qua nihil audiunt p ingẽtionẽ qz nõ receperũt dicẽtes ⁊ ponentes principia sube: ⁊ noluerũt ponere numeꝝ ⁊ vnũ ⁊ multa esse principia cũ illa sint subam ⁊ sube principia cõsequẽtia. Sicut enim numeri sunt quedã subiecta: ⁊ illoꝝ subtoꝝ inquãtũ sunt numeri sunt numeroꝝ quedã passiones p se consequentes numeꝝ sicut imparitas ⁊ paritas: ⁊ cõmẽsuratio ⁊ equalitas ⁊ excedẽtia siue abundãtia ⁊ defectus: de qbus in arithmetica dictũ est: ⁊ alia hijs similia que adinuicem ꝑm seipsa insunt numeris vt passiões subiectis. Similiter aũt sicut insunt quedaꝫ passiones per se ⁊ solido ⁊ imobili ⁊ leui ⁊ graui que in pbica sunt determinata insunt aliqua propria: sic etiã enti inquãtũ est ens quedã insunt ꝓpria: ⁊ illa sunt etiã de qbus primi pbi est scrutari veritatem sicut dirimus. ¶ Signũ aũt huius est: q̃ dialectici ⁊ sophiste hꝫ docẽdo dialecticã ⁊ sophisticã sint determiati generis: tñ in vsu eandẽ subinduũt figurã cũ primo pbo: eo q̃ imitant euꝫ: sophistica enim circa oia apparẽs est sophia siue sapia: ⁊ dialectica disputat de oibus sicut ⁊ pbs. disputans aũt de oib⁹ nõ põt ingrere de oibus nisi ꝑm id qõ cõe est oibus: ens aũt est id qõ cõe est oibus ⁊ vnũ: similiter circa ista eadẽ vo cõmunia est pbia: sicut dictũ est tam sophistica enim q̃ dialectica circa idem genus subiectũ versant cũ prima pbia. Sꝫ differt pbia a dialectica qdẽ modo potestatis ⁊ vtutis medij: qñ dialectica ꝓcedit er signis que iueniunt in multis: sed pbia ꝓcedit er essentialib⁹ proprijs ⁊ pfundatis in nãrei. A sophistica aũt differt ꝑm vite proberẽm siue electionẽ: qz sophistica eligit cõsequi gloriã: pbia aũt veritatẽ. Est enim dialectica. q. cũ formidine tẽptans p pbabile de eisdẽ de quibus pbia per ẽntiale mediũ est sciẽs qdẽ veritatez: sophistica enim visa est scire sed non est ꝑm veritatem ens sciens. ¶ Amp̃. aũt alia cõtrarioꝝ coelemẽtario ab ea que dicta est q̃ reducunt ad ꝯria in genus vnũ primũ qõ est priuatio: oia enim sicut ⁊ in nãlibus docuimus ꝯria reducunt ad priuationẽ ⁊ habitũ: sicut ad cãm. reducunt enim ad contraria in situ sicut ad p̃ma elẽta ⁊ principia ꝯrioꝝ: ⁊ hec reducunt ad priuationẽ ⁊ habituꝫ. ⁊ qualiter fit in pte dirim⁹ in pbicis ⁊ in parte posterius dicemus. Oia enim taliter opposita referunt ad ens ⁊ nõ ens: ꝑm q̃ ens ⁊ nõ ens priuatiue opponunt ⁊ referunt ad vnũ ⁊ pluralitatẽ ꝑm q̃ vnũ potentia plura priuata actu pluralitatis. Sic enim iter ea est oppositio priuationis ⁊ habitus sicut er antehabitis constat: ꝑm hoc enim motus ⁊ status hoc est imobilitas que sũt cõtraria referunt ꝑm antiquos ad vnũ ⁊ plura: qñ indiuisibile qõ vere est vnũ est imobile ⁊ mobile pluralitate ptiũ que sunt ante ⁊ post cõtinue refert ad pluralitatẽ. Silr aũt fere oẽs pbi cõfitent oia entia ⁊ subam cõponi er cõtrarijs: fere aũt dico ꝓpter eos qui ponebãt vnũ ens infinitũ ⁊ imobile sicut Melissus ⁊ Parmenides. Alij enim entia er ꝯrijs cõponi nõ dicebãt. ¶ Oẽs aũt alij dicebãt entia cõponi er cõtrarijs: qdam nãq̃ dicebãt numeros eẽ principia: ⁊ hij dicebãt entia cõponi er pari ⁊ impari. Alij aũt phyſica ponentes principia dicebãt cõtraria esse calidũ ⁊ frigidũ er qbus oia dicebãt cõponi. Alij aũt materialia volentes ponere cõtraria dicebãt ea esse finitũ ⁊ infinitũ: er qbus oia dicebant cõponi: er hijs enim dicebãt cõponi magnũ ⁊ paruum. Alij aũt formalia ponẽtes ꝯria dicebãt illa esse amorẽ ⁊ odiũ er qbus oia dicebant cõponi. Alia etiã oia quecũq̃ ꝯria ponebant antiqui reducta vident ꝑm veritatẽ ⁊ ꝑm eos ad vnũ ⁊ pluralitatẽ sicut ad ens ⁊ non ens priuatiue opposita: hic igitur ipsa reductio sumat ⁊ supponat a nobis ab ipsis antiquis: principia vo oia que sunt preter alia que dicunt p̃ncipiata entia cadunt ꝑm reductionẽ ad vnũ ⁊ ens: q̃ñ ad ea genera que dicta sunt esse genera principioꝝ. Sicut enim in primo pbicoꝝ ostendimus oẽs qui ponebãt principia con. p̃ pbi. t. cõ. 41

Tex.cõ.6.

traria ponebāt vnū sicut ens ⁊ alterū sicut nō ens ⁊ sicut dirimus hoc ponebāt sicut vnū ⁊ alterū sicut plura. ¶ Palaz igitur est de hijs que dicta sunt hic: qz vnius ⁊ eiusdēz scie est de hijs que dicta sunt cōtraria specularī: ⁊ ens inquātū est ens. ⁊ huius ratio est: qz ꝑm preiductos ꝓbos oia aut cōtraria aut ex cōtrarijs facta: principia vo ꝗzioꝝ ꝑm eosdēz ꝓbos sunt vnū ⁊ pluralitas ⁊ illa que sic reducunt ad vnū ⁊ ens sunt vnius ⁊ eiusdē scie: siue vnū qō est genus ad qō reducunt ꝑm vnū ⁊ idez noie ⁊ rōne dicatur vniuoce: sicut dirit Plato siue nō dicat ꝑm vnū vniuocū sed multiplr sicut forsan veritas se hz: ⁊ hoc hic nō probat sed supponimus ⁊ in cōsequētibus ostēdemus: attamē cuius multiplr dicatur vnū de multis alia tū oia vna dicunt ad vnū primū: ⁊ contraria vni sicut multa: ⁊ diuersa: ⁊ dissimilia: ⁊ inequalia: ⁊ hmōi alia: dicunt etiā ad vnū primū. ¶ Et cuius ens ⁊ vnū non sunt vlr idem noie ⁊ rōne sicut vniuocū: tū forsan in oibus nō separatas hūt rōnes sicut equiuocum: sed qdā modoꝝ eius est dictus ad vnū primū noie ⁊ rōne. Alij vo modoꝝ eius participāt nomē ad idem dictuz siue posterius: ⁊ hec oia specularī est istius vlis scientie: ꝓpter qō nō est geometrie specularī quid absolute ⁊ vlr sit cōtrariū aut qd absolute ⁊ vlr sit perfectū: aut quid vlr sit vnū aut ens aut idē aut diuersuz: nō enim ista cōsideratur nisi ex conditione qua ad nām sibi ꝓpriā cōtrahunt. Manifestū est igit q vnius ⁊ eiusdem scientie vlis est ens inquātum est ens specularī: ⁊ oia que insunt ei inquātū est ens. Manifestuz est et q theorica ista nō solum est substantiaꝝ ꝑm suas diuersitates sed etiā existētiū quocūqz mō: hz qō ad ens reducunt ⁊ et dictorū supius que insunt enti ꝑm q ens est igit de inductis supra ⁊ de priori ⁊ posteriori ⁊ genere ⁊ spe ⁊ toto ⁊ pte ⁊ alijs ⁊ de oibus talib⁹: ⁊ sic pz de qbus est scia ista ex istis pz solutio oium questionū. 12. primaꝝ preter secundam.

¶ Cap. 8m. Et est digressio declarans coelementationē contrariorum ad priuationem ⁊ habitum quare vnuz in genere ⁊ extra genus habent negationem.

Ad facilioē aūt doctrinā opz nos hic ostendere q supposuimus qualr. s. coelemētatio ꝗzioꝝ ad priuationē ⁊ habitum reducat: ⁊ qualr prima ꝗtraria sint ꝗzia accepta ꝑm situm. Ad hoc aūt itelligendum est: q ⁊ in quarto celi ⁊ mundi dirimus ⁊ pfectius in libro de nā loci ⁊ locati. ¶ Si enim intelligamus nām vniuersitatis generatoꝝ extensam in cōcauo orbis lune sine forma nāli cū potentia ad ipsam: nō erit causa quare hic generat terra ⁊ ibi aer: nisi aliqō generās: qz generans dando formā dat locū. generans autez nō pōt esse nisi motus celi ꝑm q motus est actus talis corporis ꝑm q est cōpositū ex motore ⁊ mobili: qz sic virtus eius formas ꝓducit substantiales sicut ⁊ calor nālis per hoc q est instrumētū aie. Si igitur cōcauum lune sumat ꝑm q est locus sunt in cōcauo virtutes celestes generantes. Non enim accipit locus mathematice sed phyſice: virtutes igit iste sūt fortiores etiā in ĩmediato cuius in medio ⁊ fortiores in ꝓpinquo cuius in remoto. In eo igitur q immediate cōiungit cōcauo superficiei lune: que est locus altus simplr generabitur corpus raꝝ ⁊ calidū ⁊ formalissimū iter corpora: ⁊ in cōcauo ignis in quo iam virtus celi diminuta ⁊ priuata est: ⁊ deficit virtus ignis generabil illi cōueniens magis: ⁊ iterū in cōcauo illius vbi virtus celi adhuc minor est: ⁊ deficit virtus aeris generabitur corpus qō est sub illo materialius ⁊ spissius illo: ⁊ sic deinceps: sicut dirimus in libris phyſicis: ⁊ si obijciat aliquis q differētie situs sunt accidentia: ⁊ ꝑm hoc accidētia sunt causa substātie. pz q hoc nō valet: qz accipit hic locū ꝓbice in quo agūt virtutes corporis illius cuius est superficies ⁊ agunt vt vires substātie celestis ⁊ elemētalis. hoc aūt modo ꝓducunt substantias ⁊ generāt eas: ⁊ hoc modo prima in materia accepta cōtrarietas est rarum ⁊ spissum ex parte patiētis: ex parte aūt generantis est prima cōtrarietas altera: ⁊ vnū ⁊ in oibus forma ⁊ virtus est generās ⁊ dans locum ⁊ priuatio virtutis ⁊ forme iducit aliquid materialius qō se hz per modū priuationis ad illud: ⁊ hoc modo calidū est habitus ⁊ frigiditas est priuatio qz in ea deficit virtus celestis ⁊ deficit in ea virtus motus: ⁊ ideo sistit motū. sic etiā raꝝ est habitus ⁊ spissum est priuatio ꝓpter eandē cām: ⁊ album est habitus ꝓpter lucis participationē: ⁊ nigruz est priuatio eiusdem: in igne aūt siccū est habitus ⁊ humidū est a priuatiōe causatū: ⁊ in terra est cōuersus modus hoꝝ cōtrarioꝝ. ⁊ hoc est ideo qz humidū in aere est ex priuatiōe cōplete raritatis. In terra aūt siccū est ex priuatione: qz est ex sicco humidū exprimēte sicut in alijs locis satis declaratū est. ꝓbi aūt hec oia reducebant ad ens ⁊ nō ens: que similiter dicebant opponi sicut priuatio ⁊ habitus opponunt: ⁊ ad vnuz ⁊ plura que similr dicebāt opponi: ⁊ cām huius assignauimus in primo libro. entitatē enizz dicebāt esse in omni re ab vno primo: q ōcūqz ponebāt esse illud primū: ⁊ illud esse vniuocū in omni genere entis dicebāt ⁊ hoc dicebāt esse vnū: sed nō ens dicebant esse priuationē illius primi in omni eo qō non est: ⁊ sic cadebat in resolutionē in plura ⁊ ideo dicebāt pluralitatem esse nō ens: ⁊ sic sicut ad prima opposita reducebāt oia in ens ⁊ nō ens ⁊ in vnū ⁊ plura: vnū aūt ꝑm intellectū Aristo. dupliciter accipit extra genus. s. ꝑm q cōuertitur cū ente: ⁊ in genere ⁊ sic in suba vnū est idem: ⁊ in qualitate vnū est simile: ⁊ in quātitate est equale: ⁊ sic de alijs. ⁊ ideo cū vnū sit nō diuisum in se ⁊ diuisum ab alijs hz negationez extra genus ⁊ in genere. ⁊ hz etiam oppositum priuationis ad ea que sibi opponuntur sicut patet per antedicta.

¶ Tractatus secundus in quo agitur de stabilimento principiorum demonstrationis.

¶ Cap. 9m. Q vnius ⁊ eiusdē scie est tractare de primis ꝑncipijs demōstrationis: ⁊ de ente primo q est substantia.

Exterminatis aūt hijs dicendū est de hoc qō in seda questiōe que rebat: vtrū videlicet vnius ⁊ eiusdē scie sit tractare de hijs dignitatib⁹ que in oibus mathematicis dignitates vocant ⁊ de primo ente q est suba: an de hoc determinare sit scientiaꝝ diuersaꝝ. Ex hijs aūt que ante dicta sūt palam est: q vnius ⁊ eiusdē scientie tractare est de vtriscqz: ⁊ est illius scientie que est ꝓbi primi pscrutatio illa que est de hijs vtriscqz. ¶ Dignitates enim cōes sunt oibus generib⁹ subiectis in oibus scientijs: ⁊ nō sunt cōueniētes tūm ⁊ contracte ad vnū genus aliqō ꝓpriū alioꝝ ꝓboꝝ. Sed potius oēs vtunt primis dignitatibus: ⁊ hoc nō pōt esse cā nisi qz ꝑme dignitates que sunt principia oium demōstrationū sunt entis inquātū est ens. nihil enizz aliud cōe est omni generi subiecto nisi ens ꝑm se acceptū. cū igitur dignitatibus demonstrationū vtantur oia genera sciaruz: opz q dignitates sint ꝑm ens accepte vnūquodqz enim genus subiectū particularis scientie vnū est ⁊ determiatū sicut corpus mobile: ⁊ sicut cōtinuū ⁊ sicut numerus ⁊ hmōi. Intrā ergo hec genera determinata vtunt principijs inquātuz eis sufficiens est ad nām ꝓpriaz. Sed hoc principio qō de quolibet affirmare vel negare ⁊ de nullo simul qō est circa esse ⁊ non esse vtitur geometer sic: q quālibet lineā necesse est esse simetrā vl assimetram: ⁊ arithmeticus vtit eo sic q quālibet numerū necesse est esse parē vel imparē. ¶ Sufficienter ergo sibi hijs dignitatib⁹ vtitur quilibet ꝓbs particularis: hoc aūt est q vtitur dignitatib⁹ quātū ꝗtinet genus sibi subiectū: de quo fiunt demōstrationes ꝓbi particulares per ipm demōstrationis ꝑn m. Manifestū est igitur ex dictis: q dicta omniuz demōstrationū principia insunt oibus inquantū cōtinent in ente: ⁊ hoc est inquātū entia sunt. igit speculatio de hijs ꝑncipijs est illius ꝓbi qui cognoscit ens inquātū est ens. huiꝰ aūt signū est: q nullus ꝓboꝝ particulariter de parte aliqua entis intēdentiū nitit aliqd dicere de generalib⁹: ⁊ vlr primis principijs demōstrationū. Nullus enim intromittit se dicere vel ꝓbare si hec prima vera sint an nō. ⁊ hoc pz p inductionez: qz nec geometricus facit hoc nec arithmeticus. ¶ Sed quidā ꝓboꝝ ignorātes ꝓpriū subiectū de hijs volebant determinare: ⁊ hoc ꝑm suā falsam opinionē merito secūt: qui ipsi soli a suis sequacibus putant de nā tota intendere. ⁊ qz putant naturale eē totum vlr ens putabāt q illius sit intēdere de ente cuius est intēdere de natura. Sed qm ex predictis pz q aliquis ꝓbs est superior phyſico eo q natura est determinatū quodā genus: ⁊ subiectuz entis. iō de hijs principijs perscrutari erit illius qui theorizat ea que

Ecx. cō. 7.

sunt entis vlis: ⁊ qui speculaⁿ ea que sunt circa primã substantiam que est omniũ principiũ: ⁊ hoc est ipse deus phica enim phia quedam quidem est sed non phia prima: ⁊ ideo non est phici de hijs cognoscere.

¶ Cap. z'''. Q principiũ firmissimũ cõgruit dicte ꝑme phie: ⁊ que sint principij firmissimi ꝓprietates ⁊ differentie.

Lcx. cõ. 8.

Vlcunq; vo phi qui de veritate prima loquũtur dicere conanⁿ: quo oportuit recipere p itellectũ prima demõstrationũ ꝑncipia nõ faciunt h nisi ꝓpterea q ignorant posteriora analecticа. ¶ Si enim illa scirent ꝓfecto supponerent q circulo nõ põt fieri demõstratio: ⁊ iõ principia per cõclusiones demõstrari nõ pnt. scirent etiã per eadẽ analectica q demõstratio nõ vadit in infinitũ in ante sumẽdo: sed stat in principijs primis demõstrationũ que ante se alia principia nõ hnt er qb⁹ demõstrenⁿ. ⁊ iõ nullus est modus doctrine quo sciantur: nisi forte p cognitionẽ terminorum in principijs positoꝝ: qui suis diffinitionib⁹ sciuntur. Ipsa aũt principia ꝓm se que dignitates vocanⁿ opz sciẽtes preuenire anteq; aliquid scitãt per demõstrationẽ: ⁊ nõ opz discipulos audientes h querere a doctoribus: hec enim sunt instrumẽta qbus oĩs intellectus accipit oẽm sciam: ⁊ iõ ex potẽtia sciendi nõ egreditur in actũ sciendi nisi per illa ⁊ est talium scia innata nobis. ¶ Palam igitur ex dictis est q̃ phi primi cuius est speculari de substãtia ꝑma: que est substantia oium dicta eo q est cã oium est pscrutari etiã de ꝑncipijs primis syllogisticis ex qb⁹ oĩs scia demonstrat omne esse q̃ ꝓbat: illi enim phi qui maxime inter oẽs phos hz dicere ⁊ docere de vnoquoq; prout se hz in rei veritate maxime ꝓuenit dicere firmissima rei principia: q̃ nõ põt docere de re qualibet ita vt se hz nisi p rei cuiuslibet principia: igit illi maxime cõuenit qui hz docere de ente ꝓm q est ens firmissima entis principia: q̃ ille solus hz dicere de re q̃libet vt se hz: ⁊ nõ est circa hoc ens ꝓut est hoc ens vel illud: hoc aũt phs qui sic de ente est phs primus: sicut pz p descriptionẽ sapientis quã in primo hui⁹ sapie libro posuimus. ¶ Dixim⁹ enim ibi oia maxime scire sicut decet nõ singularem sed vnũquodq; eoꝝ sciam hñtez. Firmissimũ aũt oium ꝑncipioꝝ est quatuor differentijs oia alia excedens: est enim manifestissimũ circa q̃ mentiri ⁊ decipi nullatenus cõtingit absq; cõditione vlr verũ existens: ⁊ q̃ opz preuenire sciẽtes ⁊ nõ audientes querere sicut dixim⁹. Q̃ enim ipossibile sit mentiri circa ipsum ex hoc pz q̃ notissimũ esse est necesse. Nemo aũt deceptus mentit in notissimo: oẽs enim qui decipiunⁿ ⁊ abducuntur in mendaciũ decipiuntur circa ea que ignorant: ⁊ tunc modica deceptio in principio maximũ in cõclusiõe inducit mẽdaciũ ⁊ defectũ. Oportet ẽt hoc ꝑncipium firmissimũ esse non cõditionale: vt hic vel nunc vel huic sit verũ ⁊ non verũ vbiq; ⁊ semper ⁊ in oibus. ¶ Dixim⁹ enim q̃ principiũ illud necessariũ est prehabere apud se anteq; aliqua per doctrinã accipiat quilibet itelligẽs aliquid. Q̃ aũt sic necessariũ est prehabere nõ est cõditio quedam ꝓm quã sit verũ ⁊ nõ aliter sit verum: hoc enim principium necessariũ est cognoscere quẽlibet qui aliquid hz cognitionis ⁊ cognitionẽ huius principij est necesse venire ei qui hz eã: ⁊ nõ per auditũ discere. Venire aũt dico cũ nã potentia sciam accipiente. ¶ Palã igitur est q̃ tale principiũ q̃ quatuor illa hz que indurimus omniũ est firmissimum. Quid aũt vel q̃ sit principiũ post ea que dicta sunt cõtinue deinceps dicã. Principiũ igitur de quo dixim⁹ est q̃ affirmatio ⁊ negatio de nullo verificanⁿ simul eodẽ ⁊ ꝓm idem ⁊ in eodẽ tẽpore: sed de quolibet est affirmatio vel negatio

Lcx. cõ. 9.

vera. Idem enim simul inesse ⁊ nõ inesse eidẽ ⁊ ꝓm idẽ est impossibile: ⁊ accipianⁿ adhuc oia que circa principium determinata sunt: sicut q̃ in eodẽ loco ⁊ in eodẽ tẽpore ⁊ eidem ⁊ ꝓm idem oia talia sint h determinata: que ad hoc ꝑn⁹ eriguntur: qũ accipit ad logicas difficultates determinãdas: logici enim vtuntur h principio sicut ⁊ metaphysicus eo q̃ vterq; hoꝝ phoꝝ viam hz ad principia methodoꝝ. Id igit principiũ q̃ nũc dixim⁹ est oium principioꝝ firmissimũ: hz enim illud principiũ predictã determinationẽ p quatuor preinducta: ĩ possibile nãq; est quẽlibet suscipere per intellectum: q̃ idẽ ⁊ ꝓm idem simul sit ⁊ nõ sit: nõ enim est sic in rei veritate quẽadmodũ qdã putãt Heraclitũ dicere. ¶ Non est enim necesse q̃ illa suscipianⁿ esse vera ⁊ intellecta: quecunq; aliquis dicit simplici dictione: ⁊ si dicatur q̃ nõ sit verũ q̃ nos hoc dicimus. sed vez sit quicquid aliquis dicit: tunc sequeⁿ q̃ eidem ⁊ ꝓm idem simul insint cõtraria q̃ est impossi. ¶ Q̃ aũt h sequaⁿ palaz est: determinenⁿ enim nobis ⁊ cõcedantur ea que cõsueta sunt cõcedi per eandẽ quã nunc dixim⁹ ꝓpositionẽ: q̃ impossi sit idem esse ⁊ nõ esse simul ⁊ ꝓm idem. scimus aũt q̃ opinio ꝯria est opinioni: cum opinio sit habitus suscipiẽs verũ ⁊ falsum ꝓm rei mutationez: sicut ⁊ oratio vez ⁊ falsuz suscipit. Opinio aũt opinioni cõtraria ꝑcipue est que est oppositionẽ ꝓm cõtradictionẽ hñs. ¶ Palam igit est q̃ impossi suscipere per itellectuz vel opinionẽ eundẽ ⁊ ꝓm idẽ esse ⁊ nõ eẽ simul. Si enim hoc detur sequit: q̃ ille qui hoc mentiens dicit simul ⁊ idẽ ⁊ ꝓm idem habebit opiones contrarias. si enim dicat se opinari idem esse ⁊ nõ esse: opz q̃ cũ hoc opinetur illud nõ esse verũ q̃ dicit: erquo cõtraria dicit simul eẽ vera: ⁊ sic habebit simul duas cõtrarias opiniones de eodẽ ⁊ ꝓm idem q̃ videlicet cõtradictoria eidẽ insint simul ⁊ ꝓm idez ⁊ nõ insint eidem ⁊ ꝓm idẽ. Patet igitur q̃ nõ est accipere per itellectuz cõtradictoria simul inesse eidẽ ⁊ ꝓm idem: ⁊ hec est cã quare oẽs demõstrantes principia suaꝝ demonstrationũ resoluentes reducũt ea in istam que dicta est vltimã opinionẽ sue acceptionẽ: ⁊ istam nõ reducunt in aliquã acceptionẽ ꝑncipij que sit ante istud. Ista enim dignitas est nãliter principium etiã aliaꝝ dignitatũ oium. Sunt aũt multi sicut paulo ante dixim⁹: qui dicebãt hoc cõtingere q̃ idem ꝓm idẽ simul sit ⁊ nõ sit ⁊ dicũt se ita existimare: quoꝝ in sequẽtib⁹ dabimus rõnes. Hac aũt rõne existimationis multi vtunⁿ in hijs tñ: que de nã sunt eo q̃ illa in motu oia esse dicunt. Et q̃ motus est actus existẽtis in potẽtia: dicunt oia simul esse per actũ ⁊ nõ esse per potẽtiã. ¶ Nos aũt nunc quantũ ꝓposito sufficit sine ꝓbatione accipimus supponẽtes ex inductis: quasi impossi sit hoc q̃ idẽ ꝓm idez simul sit ⁊ nõ sit: per hoc enim ostẽdimus q̃ istud est firmissimũ principioꝝ oium. Quidã tñ imperiti dignanⁿ demõstrare ꝑn⁹ istud volentes ad hoc inducere demõstrationẽ ostẽsiuã: ⁊ iste error cõtingit eis ꝓpter apedepsiã. est aũt apedepsia ignorantia: qua nõ cognoscit quoꝝ opz querere demõstrationẽ ⁊ quorũ nõ opz querere demõstrationẽ. Oium enim esse demõstrationẽ est impossi. Si enim hoc dareⁿ tunc ꝓcederet demonstratio in infinitũ in antesumẽdo: igitur tunc demõstratio nulla fieret sic cum oĩs demõstratio sit ex primis. In infinitis aũt nullũ est primũ. ¶ Si vo quorũdã non opz querere demõstrationẽ que sunt principia oium demõstrantiũ: tũc nõ haberẽt ex rõne dicere que sunt illa que magis dignãtur tale esse principiũ de quo nõ querit demõstratio q̃ id q̃ indurimus. cõtingit aũt aliqũ nõ quidẽ demõstrationẽ semp esse ꝓpter quid: sed cõtingit quedã argumẽtatiue demonstrare: demõstratiõe. ſ. qa: que est per effectũ vel per cãm remotã non cõuertibilẽ: ⁊ etiã hoc modo impossi est demonstrare ꝑn⁹ superius inductũ: dũmodo hoc solũ supponaⁿ q̃ ille qui dubitat circa hoc aliqd dicit ⁊ scit se aliqd dicere. ¶ Si vo nihil dicit vel scit se dicere derisio est: q̃ querimus rõnem ad eũ qui nullã hz in seipso dicti sui rõnẽ. inq̃tuz nullã hz rõnẽ similis est plante talis inq̃tũ talis est: vincitur enim ab asino ⁊ quolibet bruto: q̃ nõ existimat idẽ esse ⁊ nõ esse. q̃ si existimaret asinus idẽ eẽ ⁊ nõ eẽ nõ vitaret foueas existimãs idẽ esse cadere in foueã. ⁊ nõ cadere. ¶ Dico ergo dĩam eẽ inter argumẽtatiue demõstrare: ⁊ demonstrare: q̃ in veritate demõstrans opinabit accipe q̃ in veritate est i ꝑncio p q̃ demõstrat pp qd. ſz si talis nõ sit demõstratio: tũc argumẽtatio erit ⁊ nõ demõstratio: sicut. ſ. si per effectũ vel per cãm remotã arguat: opz aũt dignari quẽlibet ẽt sine demõstratione arguentẽ ad oĩa talia que sic argumẽtatiue ꝓbanⁿ id q̃ dixim⁹ eẽ ꝑn⁹ talium oium dicere. ſ. idem ꝓm idẽ esse vel nõ esse. hoc enim fortitan qlibet arguens sic opinabit querere a ꝑncipio anteq; ad aliqd ꝓcedat: q̃ sine illo nullã penitus in argumẽtatione põt ponere ꝓpõnez. ¶ Manifestũ igitur q̃ hoc principiũ nõ est audiẽtez querere sed prescientẽ habere. Habet igitur hoc principium totam firmissimi quã dixim⁹ determinationem.

¶ Cap. z'''. Q non cõuenit simul affirmare ⁊ negare per probationẽ sumptã ex hoc q̃ sermo aliquid significat.

Lcr.cō.10.

Quānis autē ostensiue nō probēt prememorātum principiū tū deducīt ad multa impossibilia qui ꝗ presumpserit negare si dederit q̃ dicta sua sermones ⁊ rōnes aliqd significāt inq̃tum in eo sunt sibi significādo vel inquantū in alio sunt per auditū significādo alteri: hoc eni est necesse q̃.ſ. sibi ⁊ alteri significāt aliquid si per sermōes aliqd dicere intendit. Sin aūt detur q̃ nihil significando dicit tunc dictū tale nō habebit virtutē ⁊ rōnez sermonis: nec erit talis dictio sermo: q̃z ois sermo institutus est aliquid significare cū sermo ad aliud nō fit nisi vt cōceptus cordium nostrōr nobis inicē significemus. Si igitur nihil significat dictio nō eēt talis dictio sermo: nec ei qui loquīt ad seipm aliquid significās: neq̃z aliqd designās ad aliuz cui loqtur. Sed si dederit aliquis q̃ dictū aliqd significat: tūc erit demōstratio q̃ idem ꝑm idē nō simul est ⁊ nō est: ecce nāq̃z aliquid erit diffinitū noie significatū q̃ dicīt iesse vel nō iesse. sed cā demōstrās hoc qō erit hmōi demōstratio est ille qui sustinet hoc esse vez: q̃ sermo loquētis aliqd significat dūmodo eniz hoc detur ipse qui dicit rōnē siue locutionē interpretatiuā nō esse ⁊ destruit eā de necessitate sustinet ⁊ ponit eam eē. ¶ Dicens enim rōnē interpretatiuā nō esse aliquid significat: sicut iaz er hypothesi cōcessuz est: ⁊ si hoc dicto aliqd determinatū dicit hoc idem vez est q̃ significat per nomen. Deinde igitur nomē dictū significat determinate aliquid esse vel nō esse: igīt nō omne dictū, se hz simul sic ⁊ non sic: q̃ significat simul idē esse ⁊ nō eē ꝑm idem. ¶ Amp. per eandē hypothesim si hō significat vnū determinatū ⁊ vniuoce: sit hoc q̃ significat aial bipes. ¶ Dico āt ēt vnū significare in hijs cōplexis enuntiationib⁹: qñ significāt hoc esse si hoc est: ⁊ sigdez illud significatū sit hō hoc erit homini eē: q̃z hoc est eēntialiter p̄dicatū de ipso ⁊ totū ⁊ soluz significatū ipsius. ¶ Si āt aliqs dicat cū Heraclito q̃ hō vel aliud nomē non significat vnū solū sed plura: hoc nihil restat siue impedit dūmodo solūmodo illa plura dicat eē finita: ⁊ eēntialiter significata nō denoiatiue sed sicut plura quor qōlibet est eēntiale subiecto de quo predicāt nomē: ponāt enim in singulis rōnib⁹ nois proprīū nomē diuersuz. ¶ Dico aūt exponēdo hoc: vt si quis nō dicat q̃ hoc nomē hō significat vnuz sed multa: de qbus tū vniuoce dicāt aial bipes si illa plura que significat hoc nomē hō sint vnū in nā ⁊ vniuoca: tūc eniz pz q̃ hoc nomē hō signāt illud vnuz vniuocū qō dicitur de plurib⁹: ⁊ dicet illud esse: ⁊ nō dicit illud esse ⁊ nō eē simul. ¶ Si vō hō dicit rōnes diuersas ⁊ plures sed distinctas numero idez sequīt. Donatur eniz nomē speciale cuilibet rōni sube diuerse ꝑz vnāquāq̃z rōnē: licet eni nobis nomina fingere: tūc eniz nomē illud significabit ea que significat esse tñ ⁊ nō significat ea esse simul ⁊ nō esse. hec aūt positio fuit Heracliti q̃ plura significat nomē ſz finita. Si autē nō ponāt nomē significare plura ⁊ finita sed potius plura ⁊ infinita sicut dirit Anara. Tūc palam ex p̄dictis est: q̃ nulla erit rō vel disputatio vel sermocinatio inter hoīes: q̃z nomen nō significare vnū est nomē nihil significare. Vnū eniz nomē vniuocū est ab vna forma impositus: ⁊ hoc importāt per nomē: ⁊ si nō significat illaz rem penitus nihil significat. Illam aūt rem significare nō pōt si infinita signāt: q̃z si plura significaret: tūc posset cuiuslibet nomen aptari sicut dirimus: sed si infinita signāt nō possunt aptari noia infinitis: ⁊ sic illa tunc vno noie significari non possunt: q̃z vno noie semel posito nullus pōt vti equiuoce simul: q̃z nō cōtingit itelligi simul nisi vnū noie vno nō significātibus aūt noibus a nobis auferē disputatio quā simul habemus adinuicē: ⁊ illa que ꝑm veritatē est disputatio ad alterū: ⁊ ad illa que minus ꝓpie disputatio vocāt que est hois ad seipsum. Nihil enim cōtingit itelligere ꝑm actū si nihil itelligat esse vnum: sed si ꝓuenit itelligere tūc hoc mō cōuenit vt ponāt huic determinate rei que itelligīt nomē vnū sed sic sicut a principio vnū in re nec hoc modo igīt cōuenit q̃ hoīem eē significet cū hoc eodē modo simul hoīez nō eē. ¶ Si aūt aliquis dirit q̃ hō nō solū significat mlta vt denoiatiue dicta de vno vt subiecto sed significat ea vt multa que denoiant ipm vt vnū sibi eēntialr ⁊ vniuoce: ⁊ hoc iō dicūt q̃z nos nō dignamur dicere vt vnū significēt ea que de vno denoiatiue predicantur. hoc itez erit incōueniens: qm̄ sic musicū ⁊ album erunt essentialiter vnū vniuocū in noie hois musici ⁊ albi. ¶ Sequīt aūt ex hoc vlterius: q̃ oia erunt vnū rōne ⁊ genere: q̃z oia de suba denoiatiue predicanē. Oia enim ꝑm hoc erunt vniuoca. ⁊ hoc falsuz est: q̃z denoiatiua nō sunt vniuoca: tū etiā ꝑm hāc pōnem in vno noie nō erit idē esse ⁊ nō eē nisi ꝑm equiuocationē illā solā: si quē nos latine hoiez vocamus alij aūt alterius lingue vocāt nō hoiem: tunc enim nomē vnū diuersis idiomatibus significabit finitū ⁊ infinituz ⁊ affirmatio ⁊ negatio in genere que est negatio termini infiniti: q̃.ſ. nō hō significet aliquid in genere vno: que est negatio termini infiniti aialis: qō est nō homo referuntur ad vocem vnā predicto modo equocaz. ¶ Sed q̃ a nobis hoc dubitatū ⁊ quesitū est nō est hoc qō queramus si cōtingit simul hoiem esse ⁊ nō hoiem esse ꝑm equiuocū nomē tñ: sed quesitū est a nobis hoc: si cōtingit ꝑm rem idem esse hoiem ⁊ nō esse hoiem simul ⁊ ꝑm idem. ¶ Si aūt dicāt q̃ non hō ⁊ homo nō significāt aliquid diuersum tunc palā est: q̃z non esse hoiem ꝑm rem nō erit diuersum ab esse hoiem: q̃ hoiez esse erit nō hoiem eē ꝑm rem: hec eniz duo erunt vnū ⁊ idē ꝑm rem ⁊ rōnez. Esse eniz vnū ⁊ idez significat re ⁊ noie esse vnū: sicut vnū ⁊ idez sunt synonyma vestis ⁊ indumētum ⁊ vinū: ⁊ merū: ⁊ bacchus: ⁊ ensis: ⁊ gladi⁹: ⁊ hoc vnuz est qñ ratio rei est vna. ¶ Si vō ista fuerint sic re ⁊ rōne vnū noie tñ differētia: tunc hoiez esse signābit hoiem nō eē: ⁊ hoc est cōtra hypothesim. q̃z datū fuit q̃ ista diuersa significant qñ datum fuit q̃ quodlibet significat id cui⁹ est ipsa diffinitio. Verbi gratia hō significat id qō est aial bipes: itaq̃z si qdez est vez dicere: q̃ hō est aial bipes: hoc enim sicut dirimus significat nomē: cū dicimus q̃ hō erat: nēcium est q̃ nomē nō significat nisi vnū sed si hoc est necesse tūc nullomodo cōtingit q̃ hoc idē hoiem esse sit non aial bipes esse. Necesse enim eē sicut in logicis dictū est significat idez q̃ impose nō esse: ⁊ cōuertit cū ipso: igīt ex oibus predictis sequīt: q̃ non cōtingit hoc qō simul vez sit dicere vna dictione hoiez esse ⁊ nō esse hoiez. Eadem aūt rō est de negatiōe i dictiōe qua dicimus nō esse hoiem: hoc enim nō significat eē hominē. ⁊ hoc est iō: q̃z hoiem eē ⁊ nō esse hoiez diuersa significāt magis q̃ disperata sint diuersa. ¶ Si enim albū esse ⁊ hoiem esse diuersa significāt que cū subiecto possunt esse vnū: tūc multomagis hoiem eē ⁊ hoiem nō eē diuersa significabūt. Ista enim duo hoiem eē ⁊ hoiem non esse multomagis opponunt q̃ albuz esse ⁊ hoiez esse: igitur ista duo significāt diuersa: ⁊ nō aggregātur sub vnius nois significatiōe. ¶ Si quis aūt direrit q̃ albū nā ⁊ diffinitione idem q̃ hō significat: tūc cōtra hoc idē dicimus qō ⁊ prius dirimus: q̃.ſ. ꝑm ꝗ oia erunt vnū: ⁊ idez nā ⁊ diffinitiōe: q̃z oia alia denoiant subam ⁊ erunt idem nā ⁊ diffinitione cū ipsa: oia igīt erunt vnū ⁊ nō solū opposita erunt vnū. ¶ Si autē hoc nō contingat sed est impose: tunc sequīt necessario q̃ vno noie non significātur opposita: ⁊ hoc maxime pz si cōcedatur q̃ interroganti ⁊ querēti pōt responderi directe ad ꝓpositu hoc qō interrogat ⁊ querit. si enim aliquis interrogat ⁊ querit vna simplici interrogatiōe an hoc est hō: ⁊ respōdens respōdeat negationē cū affirmatiōe dicens: q̃ hoc est hō ⁊ nō homo: nō dat responsionē cōgruam interrogāti q̃z plura respōdet vnū solum interrogāti ⁊ querēti. Quānis enim nihil abest siue differt vnū ⁊ idem esse in re hoiem ⁊ albuz: ⁊ alia mille in pluralitate accidentiū que oia: vnū sunt subiecto: tñ interroganti simplici ⁊ vnica questione si verū est dicere hoc eē hoiem vel nō: danda est vnica responsio. ⁊ respōdenduz est ei nomē vnū significans id qō interrogat: ⁊ nō est addēduz in respōsione q̃z ꝗ sit etiā albū ⁊ nigrū ⁊ magnuz ⁊ alia mille talia que accidūt ei. Impossibile est eniz accidētia vni que infinita permanere siue ptransire respōdentē. Oportet ergo q̃ aut oia respōdendo permeetur: cū eadem ratio sit de oibus: aut nullū sed nō oia pmeabit. Nullū igitur respōdebit nisi interrogatū. Similr igitur ꝑm omnē eundē modū quānis millies idem sit hō ⁊ nō hō: q̃z mille per negationē termini infiniti supponere pōt: tñ interrogāti si est hō non est respōdendū simul: q̃z est hō ⁊ nō hō: si sicut dictū est non hō: ⁊ alia queq̃z accidunt homini sunt respōdenda ꝑm affirmationē ⁊ negationē vt respōdeat quecūq̃z sunt ⁊ non sunt sicut album ⁊ nō album: ⁊ nigrū ⁊ nō nigruz: ⁊ magnū ⁊ non

Lcr.cō.11.

Lcr.cō.12.

magnum

magnum ⁊ alia infinita talia que accidunt. Si enim hoc nō facit sic respōdendo vna respōsione vnum interroganti: tūc nō disputat: q̄ nunq̄ respōdet ad intentionem interrogantis. Ex omnibus igitur que inducta sunt planum est: q̄ nomina nec ifinita neq̄ opposita neq̄ multa significāt. Et sic p̄z vltertius q̄ nō significant contradictoria.

¶ Cap̄. 4'''. Q̄ si contradictoria sint simul vera sequit nihil dici p̄m substātiale predicationē sed oia p̄m accidens.

Tex. cō. 13.

Adnino vō destruūt substātiale diffinitionem que qd erat esse rei dicebat: qui dicūt q̄ ꝓtradictoria sunt simul vera. Est enim p̄m istos necessariū dicere: q̄ oia que de re predicanť accidunt ei ⁊ nihil sit substātiale p̄dicatū: ⁊ q̄ accidat hoi hoiez eē ⁊ similr accidit ei aial eē ⁊ alia similiter p̄dicata nō predicanť nisi p̄m accīs. Si enim dicamus ꝗdictoria de eodē p̄dicari: tunc si deē q̄ id p̄dicatū qō est hois eē sit qd ipsius: sequit statim ex tali hypothesi q̄ illud idē erit nō hoiem esse aut nō esse hoiem. ¶ Negatione enim ifinita que relinqt aliquid sequitur q̄ idem sit eē non hoiez ⁊ negatiōe extra genus que nihil relinquit sequit q̄ idē sit nō esse hoiez vel nō sit esse hoiem. ⁊ hoc nō est veruz: cū ista sint negationes qdditatis que est eē hois p̄m eni rei veritatē vnū tm̄ erat qō significabat rei subaz que est quid ipsius sicut ⁊ vnū est esse. Ostēdimus enim in antehabitis q̄ diffinitio data per mām reducit ad eaz que datur p formam: hoc aūt vnū qō significabat subam erat p̄m rez suba alicui?: significare vō subam est terminuz rei significare: ⁊ hoc est nō alicui cōuenire nisi rei illi ⁊ ab oibus alijs separare: ⁊ iō significās subam rei est nō eē aliud aliqd illud ipsuz qō est rei diffinitio. Si ergo oia ista dicanť eē falsa ⁊ ꝓtradictoria dicanť eē simul vera: cū ei q̄ est hoiez eē sit aliud illud qō est nō hoiem esse. Et similr aliud sit ab ipso q̄ est nō esse hoiem: eo q̄ negatio sine sit ifiniti siue simplr negatiōis semp est aliud ab affirmatiōe ⁊ si tunc ꝗdictoria contingūt eidē vt dicit: tūc diffinitio nō cōtingit tm̄ vni ſz vni ⁊ alij: ⁊ qō cōtingit eidē inesse ⁊ nō inesse est accidēs. ¶ Necessariū ergo est istis vt dicāt q̄ nō erit aliqd rō diffinitiua alicui?: sed oia dicunť p̄m accīs que p̄dicanť de aliquo: rōne enim inducta diffinita est suba ⁊ accidēs q̄. s. suba que est qdditas nō alij cōuenit sed ab oibus separat. accīs autē est qō cōtingit eidez inesse ⁊ nō inesse: hoc enim mō albuz accidit homini: hō albus enim est ⁊ nō albedo: ⁊ iō cōtingit albedinē sibi inesse ⁊ nō inesse: qō nō ꝓtingeret si substātialiter eēt albedo. ¶ Si āt forte aliqs diceret: q̄ hoc nō eēt icōueniēs ⁊ cōcederet q̄ oia p̄m accidēs dicunť quecūq̄ predicanť de aliquo: tunc cū hoc dicāt p̄m accīs: q̄ nō cōtingit p̄m ipsuz: q̄ aūt nō p̄m ipsum cōtingit: cōtingit p̄m aliud: tunc oia predicanť p̄m aliud: ⁊ nihil p̄m seipsuz. ¶ Sequit ergo ex hoc: q̄ nullum est primū vle predicatū sed ibitur in p̄dicatis p̄m aliud in ifinitū: si semp accidēs nō p̄m ipsum de subiecto aliquo significat predicationē hoc aūt est impoſe: opz enim q̄ omne p accidēs ad aliqō per se predicatū reducāt. Accīs enim est: q̄ cū sit in aliquo nō est in eo velut quedā pars: ⁊ impoſe est esse sine eo in quo est. ⁊ sic p̄z q̄ in rōne accidētis cadit esse in alio ⁊ de alio p̄dicari: aut simplr aut p̄m quid: ⁊ sic accidēs p̄m se ⁊ p̄m ipm predicāt de subiecto. subm nō est nisi duplex subm: vz per accidēs ⁊ qō per se est subiectū. Subiectū vō per accīs dico q̄ nō gratia sui ⁊ p̄m se est subiectū: sicut qñ accīs dicitur inesse accidēti sicut musicus dicitur albus vel ecōuerso. ¶ Subiectū vō per se est in cuius rōne est: q̄ sit subiectū sicut suba. que iō suba est: q̄ substat accidēti in se pfectū qd ⁊ p se ens eristēs: ⁊ hoc cū dicit sortes est albus nō pōt esse pluribus modis predicatū accīs: ⁊ sic nō abibit in ifinitū. Nō enim sicut dirimus plura duobus cōplectit. accīs enim nō accidit accidēti sicut dirimus nisi q̄ ambo eidez accidūt q̄ per se est subm: q̄ q̄ sit subm cadit in rōne sua: ⁊ si mille essent accidētia idez eēt ac si eēnt tm̄ duo. dico aūt hoc explanādo sicut qñ dicimus albū esse musicū aut ecōuerso. hoc. s. musicū esse albū eo q̄ ambo ista accidunt homini q̄ p se subm est eo q̄ est suba que de rōne sua hz qō est subm. ¶ Sed nō est eodē modo: si dicatur socrates est musicus eo q̄ ambo dicanť eidē accidere: tertio q̄ diuersum sit p̄m esse substantiale ab vtroq̄: q̄ socrates est prima suba que de rōne sua maxime substat. Qm̄ igitur quedam accidentiū ita dicuntur q̄ de rōne sua inherētia illi insunt q̄ de rōne sua ⁊ nō p̄m accidēs subjcit. Alia vō dicuntur alio mō: q̄ ambo de rōne sua inherētia accidunt ei q̄ de rōne ⁊ nā ꝓpria substat: opz q̄ quecūq̄ sic dicunť esse in subiecto accidētia sicut albū inest socrati nō cōtingit esse ifinita in supius: ita q̄ semp vnū predicatū gratia alterius insit: q̄ tale accīs de rōne sua inest ei qō de nā ⁊ rōne ꝓpria subjcit. ¶ Nō igitur vadit hoc in infinitū: ita q̄ socrati albo diuersuz aliqō ab albo accidat ꝓpter qō insit ei albedo. ⁊ hoc iō est: q̄ nō sit vnū diffinitione ⁊ eē ex oibus subiectis ⁊ accidentib? in infinituz: ⁊ iō socrates per se ⁊ de nā sua hz subjci: ⁊ nō gratia alterius alicuius qō faciat ipm subiectum sicut socrates gratia alterius participat rōnale: quia gratia hois cū vnū fiat ex animali qō est eē socratis: ⁊ ideo cū dicit socrates albus nō opz q̄ socrati aliquid aliud accidat gratia cuius subjciat illi sicut gratia alteri? subjcit rationali aiali: cū dicitur socrates rōnale aial: nec etiā opz q̄ albo aliqd aliud accidat gratia cuius insit socrati sicut musicū: q̄ neutrū hoz magis accidit alij q̄ reliquuz reliquo: ⁊ hoc simul ⁊ equaliter vna accidētis diffōne sūt diffinita. s. q̄ cū sit in alio impoſe est esse sine eo in quo est: cum non sit pars. ⁊ ideo vtrūq̄ per se id est per suā rōnez inest: ⁊ nō vnū per alterz vel per aliud: ⁊ hoc iō est q̄ hoc qdē sunt accidentia que predicanť ⁊ insunt: illa vō non sunt accidentia que subjciuntur ⁊ quibus insunt. quecunq̄ vō sic insunt de ratione ꝓpria illa nō insunt accidēti p aliud in infinitū accīs: sed quecūq̄ alio modo dicunť sicut musicū albo illa quidez accidēti insunt per accīs hoc est gratia alterius q̄ est de se subm: ⁊ illa etiā nō vadunt in infinitū: ergo neutro istorum modoz oia semp dicunť p̄m accidēs aliud. ⁊ hec est destructio hypothesis inducte: ergo falsa est ⁊ ipossibilis: ⁊ sequebatur ex hoc qō dicebat nihil dici p̄m subam: opz igitur necessario q̄ aliqd sit subam ⁊ q̄ qd erat esse significās. ¶ Si aūt hoc detur tunc in principio huius capli ostēsum est: q̄ impoſe est simul predicari ꝗdictiones. ¶ Quādo autē dicimus subam ⁊ maxime subam primā per se esse subm ⁊ accidens per se esse in alio: ⁊ esse predicatum itelligimus de illo modo dicēdi per se: in quo p̄dicatū ē de rōne subiecti: quē modū iter modos dicēdi per se in analecticis posteriorib? iam dudū dirimus esse primū. sic enim suba est que substat ens in se perfecta: ⁊ accīs est qō est in alio in quo hz esse pp qō ⁊ accidens potius est esse q̄ essentia: ⁊ iō etiā perfectam nō hz diffinitionē. Sic igit p̄z qō ipoſe est oia dici per accidēs ⁊ inesse per accīs: q̄ ipuz accidēs per se inest subiecto: nec possibile oia subjci ⁊ substare per accidens: q̄ ipsa substātia ⁊ precipue prima substat per se. Et sic p̄z q̄ ꝓtradictoria nō verificātur de eodez: vt manifestū est per ea que indurimus: nec ibitur in infinitū in hijs que predicanť accidentib?. Nec est hec differētia in hijs que per accidēs predicanť: vtrū simpliciter vel p̄m quid predicētur: hoc enim nihil impedit ꝓpositam ꝑ nostram intentionem.

Accīs potius eē q̄ essentia.

Subm aliud p accīs aliud vō per se.

¶ Cap̄. 5'''. Q̄ ad dicere cōtradictoria esse simul vera de eodem p̄m idem sequit oia esse vnum ⁊ idem p̄m idem.

Tex. cō. 15.

Adplius aūt si ꝗdictiones simul de eodē vere sunt oēs: sicut quidez dicūt tunc palam erit ex ista quā hic inducemus rōne: q̄ oia erūt vnuz ⁊ idem: sequit q̄ idem qōcūq̄ subm sit nauis triremis quā galeā vocāt ⁊ hoc idem sit nauis vniremis quā scafam vocam?: ⁊ illud idē erit homo sicut cōsequēter ostendemus. ¶ Dicit aūt galea nauis triremis: ꝓpter tres ordies remoz q̄ sunt in ea quoruz vnus est remigubernantes: ⁊ hinc ⁊ inde sunt duo ordines in laterib? remoz remigantiū vnus sup alterū. scafa autez vniremis vocat q̄ vno vnitur remo tam ad gubernādum q̄ ad remigandū. ¶ Sic ḡ si de omni vno ⁊ eodez subiecto ⁊ p̄m idez simul cōtingat affirmare ⁊ negare: tunc sequetur illud vnū subm esse nauim triremē ⁊ vniremē ⁊ hoiez. ⁊ hoc incōueniens necesse est cōcedere oēs illos: qui dicūt illā rationē Pithagore verā esse: quā ipse assignat cām esse ei? q̄ est cōtradictorias simul eē veras de eodē: Pithagoras āt sicut inferius ostēdemus dicebat: q̄ eristimationes hoiuz sunt cause affirmationis ⁊ negationis rez: ⁊ nō rez compositiones ⁊ diuisiones: q̄ mille sunt extra animaz vt dicebat sunt cā eristimationis. ¶ Sequit igit p̄m Pithagorā q̄ si-

alicui videt q̃ hō nō sit triremis nauis: q: tunc negatio est vera que dicit q̃ homo nō est triremis nauis. ¶ Si autem cōtradictorie oēs sunt simul vere de eodē ꝑm idem tunc sequitur q̃ affirmatio dicte negationi ꝛdictoria sit simul vera de eodem. Et eadē etiā causa fit vt concedat dictū Anara. qui dixit oia esse in oibus. ⁊ sic dixit omnes res simul ꝑm actus suos simul in eodē esse: ⁊ nihil vere esse vnuz ab vna forma: sed vnūquodq; esse oia: ⁊ hoc verificatur ꝑm istam opinionē que dixit cōtradictoria simul esse vera. ¶ Anara. enim videtur q̃libet ens dicere esse indefinitū siue nō definitum ad formā vnam: eo q̃ dicit oium esse in oibus esse: ⁊ isti putātes dicere ens actu ꝑm formam q̃ indefinitū fit: eo q̃ oēs forme sint in quolibet. Dicunt ignorātes de nō ente actu q̃ sit indefinitū. Iam indefinitum ad esse est potestate ens ⁊ nō endelechia: ⁊ hoc quidē voluerūt dicere: sed proprijs verbis exprimere nesciebant: ꝛz tū q: isti idefinitū q̃libet esse dixerūt et hoc: q̃ in quolibet sunt infinita ꝑm formam: opz q̃ dicāt q̃ de vno omni simul vera est affirmatio ⁊ negatio oium sicut etiā sequit ꝗ cōtra eos qui dicūt rōnez Pithagore: huius aūt hec est ratio. Incōueniēs enim videtur si de aliquo verificetur sui substantialis predicati negatio: ⁊ q̃ nō verificetur de eo negatio predicati q̃ diuersum per disperationē vel oppositionē est ab illo: cū minus videatur verificari de eo negatio sui essentialis pdicati: ꝗ disperati vel oppositi. ¶ Dico aūt explanādo hoc: q̃ si ꝑm istos verū est dicere de eo q̃ est hō: q: non est hō: tunc multo fortius verius est de eodē dicere q̃ nō est nauis triremis: ⁊ sequetur q: etiam est triremis: ⁊ nō triremis nauis. ꝑm istos igitur si est affirmatio de aliquo ⁊ alicuius tūc necesse est et negationē eiusdem inesse eidem. Sed si alicui subiecto nō cōuenit affirmatio disparari vel opposito predicati: sequit q̃ illud principiū negatur de eodē magis ꝗ suum cōtriale predicatū sicut iā audiuimus. ¶ Si autē ipsa negatio inest talis predicati tunc etiā affirmatio inest eidem: et quo contradictoria sunt vera de eodē: ⁊ sic q̃ nō est triremis nauis est triremis nauis: q: cui conuenit negatio cōuenit ⁊ opposita affirmatio: ⁊ sic est de quolibet essentiali ⁊ disperato predicato: ergo omnia sunt vnū ⁊ idem. q: omnia que sunt de vno ⁊ eodē pdicātur. Hec igitur impossibilia sequunt contra eos: qui istam Pithagore ⁊ Anara. defendūt rōnez: q: etiā ꝑm Pithagorā eē rez sequitur modū opinionū in anima: q: idem ⁊ diuersum cū eodez ⁊ ab eodē pōt cōponere ⁊ diuidere: ꝑm Anar. vō omnia sunt in oibus: ⁊ sic omnia de oibus negātur vel affirmātur. ¶ Adhuc aūt ipsum nō esse ꝑm has opiniones necessariū est de eodem dicere predicando: ⁊ de eodē simul negare: est enim negatio negationis. Si autē cōcedatur: q̃ verū est q̃ idem ꝑm idem sit homo ⁊ nō homo: tunc negationes vtrinsq; hoz sunt etiā vere de eodem: ⁊ sic palam est: q: id q̃ est homo ⁊ nō homo nec; homo est nec; nō homo: hic enim duo due sunt negatiōes predictoz duoz. Si autez dicatur: q̃ vna sola negatio est que cōponit et vtrisq; negationibus: tūc etiā opposita illi cōposite erit et vna. Et tunc ille cōtradictorie simul verificantur de eodē. Patet igitur q̃ quocunq; modo accipiant ꝛtradictoria dūmodo concedatur eas simul de eodem ⁊ ꝑm idem veras esse: sequetur q̃ omnia sunt vnum.

¶ Cap. 6m. In quo per consequentiā affirmationis ⁊ negationis ⁊ econtra probat q̃ ꝛdictoria nō sunt simul vera.

Tex. cō. 16.

nobis dignantib⁹ eis simul siue similiter dare:siue reddere
oīonē ꝓtra ꝓtervā oīonis:qꝛ nō res sed pugnas ꝛ ꝓflictio
nes verboꝝ ostendunt. ¶ Dicem⁹ g̃:qꝛ nō apparēs est. Nō
eni est ꝓpriū qō apparēs sit simplr qō res ꝑm sui subam nō
est apparens:ita q apparētia sit esse ꝛ substātia eius. Sed
qñ apparet alicui cui apparet ꝛ qñ apparet ꝛ inquātū appe
ret sic in apparētia est:ꝛ nō simplr.ꝛ sic soluit dubitatio per
suaſi in rōnibus inductis. Si aūt non psuaſi sunt:sed dant
oīonem vt in verbis querant victoriā ꝛ nō ita dicūt ex mē
tis persuasione:tūc sequit ꝓtra eos q statim cogunē dicere
ꝓtraria sibiipsis:ꝛ sic ꝓfusionē pro gloria reportēt.ꝓtigit.n.
q eidē homini idē ꝑm rem diuersuꝫ apparet ꝑm diuersos
sensus:citrina.n.cholera eidē visui pōt apparere mel ꝛ gu
stui nō mel.ꝛ duob⁹ oculis existētibus ꝓtingit q nō vterq;
vnū ꝛ idē videt si dissimiliter situs eoꝝ muteē. Si eni digi
tus vni oculoꝝ supponeē ꝛ erpimat ad superius extra situ
nālez: oculus ꝓtingit vnū ꝛ idē nō vnū sed duo videri:ꝛ sic
ꝓtraria idē homo ꝛ de eodē iudicabit:que ꝗia ambo sunt
vera:si totū est verꝫ qō apparet:qñ quo ad preinductos so
phisticos dicētes qō apparet verū esse,ꝓpter iā dictas cau
sas sequunē statim ista ꝓtraria sui dicti:ꝛ sequit ꝓpter hoc
que dicunt oia similiter simul esse falsa ꝛ vera:neq eni pos
sunt oibus semp eadē apparere:neq pōt esse q eidē homi
ni semp appareant eadē:sed multotiēs ꝓtraria sunt ꝛ que
ꝑm idē tempus apparent eidē ꝑm diuersos sensus:tactus
enim vnus in duob⁹ digitis variatis:ita q medius supra
indicē exterius recuruet:ꝛ globulus rotundus sub digitis
moueat dicit vnū eē duo:qō tamē visus dicit vnū in eodē
tempore.aut igit nullatenus est cā:q̄re hoc sit qō est idez ꝛ
ꝑm idē sensu:ꝛ similiter ꝛ in eodē tēpore:aut contraria sicut
dictū est cogunē ꝓcedere ꝑm iudicia diuersoꝝ sensuū simul
esse vera.hoc aūt est ipossibile:opꝫ igit aliā partē disiuncti
ue esse verā.s.q hoc nullatenus sit cā:qꝛ hoc sit verū vel il
lud:qꝛ est idem ꝛ ꝑm idem sensu cui apparet ꝛ similiter ꝛ in
eodem tempore. ¶ Sed forsan diceret aliqs ad hoc q hoc
qō dictū est ideo necesse erat eis dicere nō ꝓpter hoc q du
bitent in re sed oꝛationis cā:ꝛ victorie quā querūt in dispu
tando necesse fuit hoc dicere dicentib⁹ eis:qꝛ hoc nō est ve
rum in re sed est verū huic cui apparet:ita q totius verita
tis apparentia sit cā:tunc sicut prius dictū sequit:q necesse
est q isti faciāt suo dicto oia ad aliquid esse ꝛ nihil esse ab
solutum.ꝛ q oia sint relata ꝛ ad opinionē ꝛ ad sensum:igit
nihil factū est in preterito:nec est in presenti nec erit in futu
ro aliqd qō nullius sit opinantis:sicut nullus est filius nul
lius patris nec fuit nec erit. Si vo aliqd in preterito factuꝫ
est aut aliquid factum erit in futuro absolutū:q ipsum qō
est nō opinantis est tūc palā qō sequit q nō oia ad opinio
nem esse dicunē. ¶ Amplius aūt si cōcedamus qō ꝛ verum
est:q vnū relatiuū dicit ꝛ est ad vnū solū sibi oppositū cor
relatiuū:aut ꝓcedam⁹ q suū correlatiuū est determinatū ꝛ
nō abibit in infinitū.ꝛ si concedam⁹ q ita ad vnū ꝛ ad fini
tum est idē ꝛ dimidiū ꝛ eq̃le ꝛ oia alia relatiua:ꝛ q ꝑm hoc
duplū nō dicit ad eq̃le nec aliquid aliud nisi ad suū oppos
tum correlatiuū. Sed ꝑm hoc que dirimus dicemus q du
plū nō dicit ad suū correlatiuū qō est dimidiū sed diceē ad
opinantē:ꝛ iterū ꝑm dicta dicemus q bō est ad opinās vt
opinās:si idem penitus est esse bois ꝛ esse opinati tūc enim
opinās nō est bō inesse bois sed est opinatuꝫ ineē opinati:ꝛ
iterū ille bō opinās nō habebit esse nisi opinati et quo daē:
q nullū sit esse nisi opinati ꝛ sic erit quartus opinans:ꝛ hoc
mō in infinitū ibit in spēbus opināiū qō est ipossibile.fal
sum est ergo q nō sit esse verū in rebus nisi opinionis:hec
igit dicta sunt ad hoc ꝓbandū q cunctoꝝ hominū firmissi
ma oium opinionum est hoc:q opposite ꝓpōnes ꝗdictorie
nō sunt simul vere neq simul false. Dictū est ēt qd incōue
niētiū sequit ꝓtra eos qui hoc dicūt ꝛ qua de cā hoc dicūt.

¶ Cap.8m. In quo viterius concludit q contraria in eodē simul esse non possunt.

Tex.cō.27.

Quoniā aūt iam ꝓbatū est:q ipossibile est cō
tradictionē simul esse verā de eodē ꝑm idez ꝛ
in eodē tēpore. Ulterius ex eisdē ꝓbationib⁹
palā est:qꝛ nec ꝓtraria simul actu ꝓuenit ineē
eidē ꝑm idē ꝛ in eodē tēpore:cuius certissima
rō est:qꝛ alterꝫ ꝓtrariorꝫ est in omni gñe prima
tio. Quānis eni rōnes ꝓtrariorꝫ nō sunt rōnes priuatiue op
positoꝝ:eo q aliud genus est oppōnis cōtrarietas:ꝛ aliud
priuatiue oppositoꝝ:tū prima cā ꝓtrarietatis est oppositio
priuationis ꝛ habitus ꝑm nām:sic eni calidū ꝛ frigidū cau
sant a,ꝓpinquitate generātis calidū per motū localē:ꝛ a de
fectu ꝓpinquitatis huius gñat frigidū ꝛ albū a receptione
luminis a superficie clara:ꝛ nigrum a defectu susceptionis
hmōi:ꝛ humidū a subtili interminato ꝛ siccū a defectu sub
tilis huius:ꝛ sic est in omnibus alijs contrarijs ꝑm nām.Iz
aūt ꝓtraria sint in gñe q̃litatis ꝑm rōnez eoꝝ que sunt ꝗia:
sunt tamē in oi gñe in quo est motus vel mutatio ꝑm ipsas
naturas ꝛ essentias que sunt ꝓtrarie.nihil enim ꝓhibet no
men aliqō dicere qualitatē que qualitas est circa naturam
aliquā:que est alterius generis sicut magnū ꝛ paruū quali
tatē dicunt circa id qō est quātitas:sicut etiā modus subē
est circa ea que significant res alioꝝ generū. Si quis enim
bicubitali longitudine posita direrit id qō positū est quan
tum esse:quid est dicit ꝛ quātū significat:ꝛ si quis albedine
posita direrit:id qō positū est colorē esse:quid est dicit ꝛ q̃li
tatem significat:omni eodē modo Iz modus cōtrarietatis
q̃le dicat:tamē ea que sunt contraria in omni sunt genere
in quo sunt mutationes vel motus:hoc aūt in phyſicis de
terminatū est.ꝑm hoc igitur priuatio que est cōtrariū non
minus est substātie q̃ alterius generis:in quo motus est:
priuatio autē est negationis in genere virtutez habēs. Est
enim priuatio negatio ab aliquo genere determinato. Qō
aūt ꝓtradictoria nō possunt esse simul:nō est ex hoc q sunt
extra genus:sed potius hoc est ex nā oppositionis:eadem
eni est nā oppositionis in genere ꝛ extra genus:q̃tuꝫ ad op
positorū repugnantiam. Cum igit cōtradictoria repugnā
tiam habeant cōtradictionis in genere:sicut cōtradictoria
simul esse nō possunt:ita nec ꝓtraria simul esse possunt actu
in eodem ꝑm idem.si igit impossibile est ꝑm veritatez vnū
de vno eodem ꝑm idem ꝛ in eodē tempore simul affirmare
ꝛ negare:tūc etiā ipossibile est cōtraria simul actu inesse in
eodem ꝑm idez ꝛ in eodē tempore:sed vel quādoq; insunt
ambo ꝑm participationē vtriusq; ꝑm formaꝫ:vel ita insunt
q alterū inest quādoq; ꝛ nō perfecte alterū vo simplr inest
ꝛ ꝑm perfectionē.hoc aūt ideo dico qꝛ contrarioꝝ quedam
sunt imediata:ꝛ quedā mediata.ea vo que habēt mediuꝫ
vtrūq; cōtrarioꝝ est in medio ꝑm formā sed nō est in eo di
stinctū. Quinimo vtrunq; est ad actū medij reductū:ꝛ hoc
mō cōtraria sunt in quolibet mixto:sicut in fine primi libri
perigeneos a nobis est determinatū. ¶ Si aūt nō habent
mediū sicut calidū ꝛ frigidū que nō habēt medium ꝑm for
mam:tunc nunq; simul ambo inesse possunt:nisi ita q vnū
insit ꝑm eritū ꝛ alterū pfecte:sicut est in motu in quo ambo
sunt in eodē contraria ꝛ ꝑm idem ꝛ in eodem tempore:sed
vnuꝫ est in abiectione sicut id a quo est motus ꝛ alterū per
fecte sicut id qō denominat motū:ꝛ ad qō est motus:vtrū
q; tamē est in potētia adhuc permirta actui:ꝛ sic simul esse
cōtraria nō est impossibile. Sic eni q in abiciēdo est qñq;
quidē ꝛ ꝑm quid inest qꝛ ꝑm potētiā. Qō aūt est in intrādo
simpliciter inest nō qñq; sed pmanens.pz igit ex hijs q cō
traria ꝓpter eandem causam nō possunt esse in eodē simul

Tex.cō.89. ꝛ.90.

ppter qõ etiã in eodẽ esse simul nõ possunt ꝯdictoria. ¶ Iã igiẽ pbatũ est sufficiẽter a nobis: q ꝯdictoria simul esse nõ possunt siue hoc dicãt a sic persuasis siue dicãt ab hijs qui victoriã querunt in oĩone siue disputatiõe. Sicut eni dictũ est ꝯria si sunt simul in mixto nõ sunt in eo ꝑm excellentias suarũ actionũ: ⁊ iõ in illo nõ sunt ꝑm q marime distãt. Si aũt sunt in fieri: tũc vnũ inest sicut qnqz ⁊ in eritu ⁊ alterũ sicut simplr ⁊ semp ⁊ pmanẽs. In fieri eni sũt ꝯria ꝑm potentiã ⁊ nõ ꝑm actũ purũ: ⁊ hoc nõ est simplr simul esse ꝯria.

¶ Cap. 9m. Et est digressio declarans q̃liter esse ꝑm formaꝫ manet in re mutata ꝑm mãe ꝗtitatẽ: ⁊ iõ res nõ simul est ⁊ non est: ⁊ est perfecta solutio dubitationis antiquorum qui direrunt simul esse contradictoria.

Oportet aũt nos ad eoꝝ que inducta sũt maiorem intelligẽtiã aliquãtulũ plus intrare in rõnes eoꝝ qui direrũt oia simul esse ⁊ nõ esse, ppter motũ ꝑm formã: quẽ ꝯtinue dicebãt oib⁹ reb⁹ sensibilib⁹ inesse. Motũ.n. ponebãt esse de nõ esse hoc: ad esse hoc: ꝯtinuũ fluxum. Et qz in fluxu est id a quo fluit ⁊ id in qõ influit dicebãt in eodem ꝯtinue esse ⁊ esse ⁊ nõ esse: nec tñ dũ est in fieri ⁊ corrũpi: sed etiã dũ generatũ est: propter hoc q sensibile est: ⁊ est in eo ꝯtinua actio ⁊ passio ꝯrioꝝ. ¶ Dirimus aũt supra ad hoc: q iste motus qui est in sensibili gñato est ꝑm ꝯtinuum influxũ ⁊ efluxũ partiũ mãe ⁊ ꝗtitatis: ⁊ q forma ⁊ esse qõ est actus forme fiat vnũ ⁊ idẽ ⁊ illud est qõ ꝑdicãt vel negatur: ⁊ iõ dirimus q nõ esse ⁊ esse nõ sunt pmixta in talibus ſz tñ sunt vel nõ sunt: hoc aũt addidim⁹ ad hoc q in mixto sunt forme ⁊ esse earũ ꝑm actũ medij: ⁊ nõ ꝑm actũ extremoꝝ: ⁊ sic ꝑdicanẽ ⁊ nõ esse earũ sic nõ est pmixtũ ad eẽ: ꝑm aũt q sunt in fieri vna inest vt via altera vt finis mutationis: ⁊ iõ iterũ neqz in motu ⁊ fieri rei est eẽ pmixtũ ad nõ eẽ sed est ibi esse tñ. ¶ Dubitabit autẽ aliqs de hoc fortasse: cũ.n. forma mãlis fit: videẽ q mota mã dũ mutãt demutãt ꝑm aliqd forma ⁊ sic nõ est mot⁹ tñ ꝑm ꝗtitatem partium mãe sed etiã ꝑm formã mãlẽ. ¶ Adhuc aũt cũ res cognoscatur ꝑm id qõ affirmãt de ea: nec negari possit ab aliquo nisi sit alicui⁹ forme que distinguit eã a reb⁹ alijs: videẽ q id qõ affirmãt ⁊ negãt de reb⁹ sit in ipsa re principiũ cognitionis ei⁹: mota aũt re mouenẽ ea que in ipsa sunt: ⁊ fit id per qõ cognoscit esse mobile ⁊ mouẽ in re ipsa vt videẽ. Nec mouẽ tñ ꝑm ꝗtitatẽ ⁊ mãm sed ẽt ꝑm formã. Si forte dicãt: q forma ꝑm q est rei rõ est principiũ cognitiõis ⁊ nois: ⁊ hoc mõ forma est in aia ⁊ nõ in re: ⁊ hoc mõ nõ mutãt sed manet ⁊ sic nõ ꝑdicãt ⁊ negãt: videẽ hoc adhuc nihil penitus esse: qz iõ nõ predicãt aliqd neqz negãt aliqd nisi qõ est in re ipsa: qz aliter nulla esset ꝑdicatio vel negatio. Id autẽ qõ est in aia nõ est in re ꝑm qõ est aia: qz aliter vna numero forma esset in duob⁹ qõ est ipossibile: videẽ igiẽ q ista nulla sit solo dubitationis iducte. ¶ Ulteri⁹ aũt querit a multis vtrũ forma que est in re re mutata cedit in nõ eẽ vel manet. Si aũt cedit in nõ esse: tũc aliqd ex ente fit nihil: qõ est ipose: sicut si dicãt fieri aliqd ex nihilo qõ abhorruit semp ois pbs. ¶ Adhuc aũt ꝑm hoc id qõ est ꝑn̄m cognoscendi ⁊ existendi nõ est idẽ in hijs que sunt vnius ⁊ eiusdẽ rõnis: ⁊ sic sunt equoca: ⁊ adhuc ꝑm hoc nõ sunt principia cognoscendi res incorruptibilia q intrũ abhorruit Plato q formas ideales posuit. ¶ Si aũt dicãt manere forma re ipsa mutata hoc est iterũ ipossibile nõ eni esse maneret in mã ppria: absurdũ aũt est vt dicãt manere in aliena: nec iterũ manet prout est in seipsa: qz forma mãlis est mãlis: nec hẽt esse in seipsa: nec iterũ manet in aia: qz put est in aia nõ hẽt aliqõ esse in rebus extra: abstractionis enim habet esse in anima ⁊ ꝑm hoc nullum esse habet forma: qz put est in aia non hẽt aliqõ esse cuius ratio cõcepta est cũ mã in rebus extra: ois autẽ forma nãlis hoc mõ rõnẽ habet cõceptã cũ mã: sicut in 6. huius sciẽtie li. ostendẽt. Nulla igiẽ taliũ formarũ habet esse extra materiã: ⁊ sic videẽ q nõ possumus euadere difficultates superius inductas. Omnis eni entis forma talis erit si ponãt nihil entiũ nisi sensibile esse. ¶ Adhuc aũt ꝑm peripatheticorũ sentẽtiã caute valde soluẽdũ est ne vel incidamus in opinionẽ stoicoꝝ: qui ad hoc euadenda ideas inuenerunt: ⁊ formas aliquas medias inter formas mãles ⁊ ideas esse direrũt: ⁊ ab altera parte: ne incidam⁹ in errores epicureoꝝ qui non nisi mãlia esse direrũt ⁊ iõ simul esse ⁊ nõ esse in rebus esse ꝓcesserunt. ¶ Dicam⁹ igiẽ ad primã huius qõnis partẽ sicut superius dirimus q res aut est in fieri aut in eẽ aut in corrũpi: ⁊ demus oẽs res sensibiles: qz hoc nihil facit ad difficultatis euasionẽ vtrũ quedã res tales sint vel oẽs. Res igiẽ que est in fieri esse hz accipiẽdo ⁊ nõ est in abisciẽdo. Qõ pz iã p antedicta: ⁊ hoc nõ est simul habere esse ⁊ nõ esse. Res aũt que est in corrumpi non esse hz accipiẽdo ⁊ esse nõ hz nisi abisciendo: ⁊ hoc iterũ non est cõtradictoria vel cõtraria esse simul. Res aũt que est in eẽ stante nõ fluit ⁊ refluit nisi ꝑm quantitatez partiũ materie: stante imobiliter esse ꝑm qõ est act⁹ forme: ⁊ hoc stat in hoc q est ppriũm eius subm quo manẽte manet ⁊ ipm: nec hoc totum fluit sed sicut dictũ est ꝑm quantitatẽ aliquã partiuz materie venit ⁊ recedit: ⁊ huius imaginatio per simile est: sicut si aqua in idẽ vas influat ⁊ effluat vase manente imobili. Aliter eni dici nõ posset: q idem de ꝑterito per presens stat in futurũ ꝯtinens enim est forma que stat in ppio subiecto: cuius dũ vna pars ꝑm mãm recedit venit alia in formam que iam fuit ⁊ est ⁊ erit ⁊ ꝯtinet ab illo: sicut illa que iam effluxit continebãt. Non enim fluit vel mutãt esse forme cũ vna mãli parte materie vel subiecti sed cũ oẽs simul fluunt vel radicales: ⁊ hec est solutio Aristo. si bene intelligãt ea que dicta sunt in primo perigeneos libro: ⁊ hoc nõ viderunt isti pbi quoruz rationes inducte sunt: nec ẽt stoici qui ppter timorẽ istaꝝ rationũ formas medias ⁊ ideas inuenerunt. ¶ Sed hoc magis est difficile: q vlterius queritur: vtrũ. s. manet forma toto mutato subiecto aut cedit in non esse. ¶ Adhuc dõm est ꝑm peripatheticos ⁊ ꝑm huius sapientie pprietatẽ: q sicut forme artificiatoꝝ se habẽt ad intellectũ practicũ artificis: ita se habent forme rerũ nãliuz ad lumen intelligentie agentis in natura. Si autẽ resoluãt forma artificialis in principia formalia prima resoluẽt in mouentia instrumenta ⁊ membra artificis que informauit ars ⁊ mouit dũ pducerẽt in materiã ⁊ in mot⁹ illoꝝ instrumentoꝝ: q si vlterius resoluãt in principia formalia resoluẽt in imaginationes motũ instrumentoꝝ ⁊ membroruz quibus ordinata sunt instrumẽta ad motus: que imaginationes in se formã intellectus ⁊ membra in spiritibus dederunt. ⁊ si in prima formalia resoluãt: resoluetur in lumine artis ⁊ intellectus qõ apud se hz ⁊ ꝑhabet oiuz imaginationum ⁊ organorũ ⁊ motũ determinationes: quib⁹ ipsa forma inducit: ⁊ in illo lumine simpler est essentia: cum tamen multiplicis sit virtutis ⁊ ĩmãlis est ⁊ incorruptibilis. Eadẽ tamen est in essentia: sed diuersa in esse in hijs quatuor in quibus est ⁊ non manens in vno ꝑm esse manet in altero. Sed cõnaturalius est sibi esse qõ hz in lumine intellectus ⁊ artis: ꝗ id qõ habet in imaginationibus: ⁊ adhuc magis cõnaturale est sibi esse qõ habet in imaginationibus ꝗ id qõ habet in instrumentis ⁊ motibus membrorũ organicorum: qz quanto resoluit ad simplicius tanto habet esse formalius: sed hoc est nõ pretereunduz in formis huius: qz ea ad que resoluit principia formalia sunt extrinseca extra materiã in quã inducit existentia. Forma aũt nãlis si resoluãt ad principia formalia resoluẽt indigerens ⁊ terminans calidũ elemẽti ⁊ spiritũ corporeũ qui vehiculũ est vtutũ agentiũ in generabiliuz materia: ⁊ si vlterius resoluãt resoluẽt in radios ⁊ angulos radioꝝ celestiũ informãtes calidũ digerens ⁊ terminãs: ⁊ informãtes spiritũ qui est instrumentum virtutũ generantiũ: ⁊ si iterũ resoluãt vlterius resoluetur in motus corporoꝝ hos radios ad locũ generatiõis mittentiũ: ⁊ si vlterius iterũ fiat resolutio stabit in lumine intelligentie agentis ⁊ informãtis omnia ista: ⁊ in illo est ꝑm formalissimũ eẽ suũ ⁊ simplicissimũ: ⁊ in illo lumine est vbiqz ⁊ semp: sed hec omnia in generatione intrinseca sunt materie: ⁊ ideo transmutantia materiã generãt: ⁊ ita manifestũ est q nulla formarũ substantialiũ cedit in nõ esse. Cederet aũt ꝑ certo in nõ esse si opus nature nõ esset opus agentis intelligentie: ⁊ qz quãdo forma est in lumine agentis intelligentie sine hoc ⁊ nũc: est in eo ideo presentia sui ipsius est in omni lumine tali: ⁊ hoc modo est in anima intellectuali quãdo est sine materia: ⁊ nõ est in ea per informationẽ sicut forma in subiecto: sed est in ea sicut in loco specierum: sicut docuimus in libro de natura anime ⁊ eius naturali opera-

Solutio.

Ppio de gnõne ⁊ cõruptione, tex. cõ. 35. vsqz ad tex. cõmẽ. 38.

Nõ an fola toto mutato subiecto cedat in nihilũ.

Ãũo fola nõ est i itellectu p iformationẽ.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

tione: ⁊ hoc modo patet q̃liter nõ fit equocatio in hijs que de plurib⁹ p̃dicant: ⁊ q̃liter vnũ vniuersale est in multis intellectib⁹: nõ put multi sunt: sed put vnũ sunt in lumine intelligẽtie agẽtis. Et scĩ hoc mõ q̃liter principiuz sciẽtie est incorruptibile: ⁊ q̃liter idẽ est principiũ esse ⁊ scientie fm eẽ differens: ⁊ hoc mõ scĩ ortus alterius opinionis que dixit verũ esse in apparẽdo: eo q̃ supponit idẽ esse intellectum ⁊ sensum: quicti enĩ fuerunt illi qui tenuerunt illã opinionez ab ipsa veritate: q̃ primũ principiũ etiã est forma in lumine intelligẽtie agẽtis existens: ⁊ tũc suũ intelligere est dans eẽ: ⁊ qõ est cã esse est cã veri: ⁊ sic verũ est in lumine itelligẽtie: errore aũt p̃pediti dicebant idem esse intellectũ ⁊ sensum: ⁊ sic idem est esse in apparentia intellectus ⁊ sensus: ⁊ sic p̃cedentes dederunt q̃ verũ ⁊ falsuz est i apparẽdo sensui: sicut in p̃ma cã veritatis: ⁊ nõ in reb⁹ ipsis: hec igiĩ est solo vera p̃reinductoꝝ. Sic igiĩ manifestum est q̃ cõtradictoria non sunt simul vera: nec esse ⁊ non esse sunt simul in aliquo.

¶ Incipit q̃rt⁹ tractatus q̃rti li. metaphysice quo est ostensus q̃ cõtradictio est oppositio nõ habens medium fm se.

¶ Cap. p'''. In quo multis rationib⁹ p̃bat q̃ inter duo extrema contradictionis non est medium aliqõ.

Ex. cõ. 27.

Si autem cõtradictio oppositio cui⁹ nõ est mediũ fz se: ⁊ iõ sicut ẑdictoria nõ sũt simul: ita etiã necessariũ est q̃ iter ẑdictoria nihil sit mediũ: sed de quocũqz vno vnũ vel alterũ verũ sit ẑdictoriꝝ ⁊ reliquũ falsum de eodẽ: hoc aũt ostendiĩ multis modis: ⁊ primũ qdẽ ostendiĩ hoc si diffiniẽtes determinemus quid sit verũ ⁊ falsum: est aũt falsuz dicere ens siue qõ est nõ esse: aut dicere q̃ nõ est esse: verum aũt est dicere qõ est esse aut q̃ nõ est nõ esse: ergo qui dixerit illud qõ nõ est esse: aut nõ verũ dicet si persuasus est: aut mentiĩ si nõ est persuasus sed dicit hec cã victorie in oĩone siue disputatione. Similiter aũt neqz id quod est dicĩ non esse: neqz id qõ nõ est esse nisi falsum dicat vel mentiat. Si igiĩ inter falsum dicere vel verũ in partibus p̃tradictionis nõ est mediũ sicut iaz p̃batũ est: p̃cludiĩ necessario q̃ inter ẑdictoria nihil est mediũ. ¶ Amplius aũt si aliqd ẽ mediũ p̃tradictiõis: hoc dicet aut mediũ per abnegationẽ vtriusqz extremoꝝ que comisceri nõ possunt: sicut medium inter equũ ⁊ hominẽ: qõ neqz equ⁹ est neqz homo: sicut grãmatici dicũt neutrũ genus esse medinz masculini ⁊ feminini: q̃ masculinũ ⁊ femininũ dicunt essentiã formatã: neutrũ autẽ dicit essentiã informẽ priuataz vtraqz formatione: aut erit mediũ qõ est participando vtrunqz extremoꝝ: quẽadmodum viride mediũ est albi ⁊ nigri: ⁊ quocũqz duoꝝ modorum dicat mediũ ens actu erit mediũ ⁊ mutatio que est in ipsum vel ex ipso erit de subiecto ad subm: ⁊ non de nõ subiecto ad subm vel de subiecto ad nõ subm. ¶ Si ergo tale sit mediũ: nõ fit mutatio inter extrema ẑdictionis. Si enĩz sit vere mutatio illa de subiecto est in nõ subm: sicut ex bono in nõ bonũ: aut ecõuerso ex hoc qõ est nõ bonũ in bonũ: que est de nõ subiecto ad subm: sed si est mediũ tũc opz aliã esse mutationẽ p̃ter dictas: ⁊ illa nõ apparet in aliquo ente. Si autez esset medium p̃o certo manifestareẽ mutatio ad illud mediũ: q̃ nulla est permutatio nisi ad cõtraria vel media. Sed si dicat esse medium iter esse ⁊ nõ esse erit aliq̃ gnõ: sicut si dicam⁹ gnõnẽ esse in albũ: exẽpli grã que nõ est ex nõ albo sed ex medio inter ens albũ ⁊ non albũ: erit igiĩ sic aliq̃ gñatio in albũ nõ ex nõ albo sicut dcũ est: talis autẽ gñatio nõ videt de entib⁹ esse. ¶ Amplius oẽ sermotionale siue qõ enũtiatiue p̃ferẽ ⁊ oẽ intellectuale cõposito intellectu p̃ceptũ mens que metiĩ sermonẽ ⁊ intellectũ ad res aut affirmat aut negat: hoc aũt palam est ex diffinitione veri ⁊ falsi quas supra paulo ante posuim⁹. Omnis enĩ ex sententia dicẽs aut itelligẽs aut verũ dicit aut mẽtiĩ: qñ qdem sic sicut est in re in v̄bo vel intellectũ cõpositũ dicens vel negans mentiĩ. ¶ Ampli⁹ si aliqõ mediũ dicat eẽ p̃tradictiõis: tũc opz q̃ mediũ illud sit p̃ter oẽs ẑdictiones: ita q̃ nullũ extremũ fit ẑdictionis qõ queniat ei q̃ extrema nõ p̃ueniũt medio: ⁊ hoc qdẽ sequiĩ nisi aliqs dicat hec cã victorie in oĩone siue disputatiõe ⁊ nõ credẽs sic eẽ. Si aũt sit tale mediũ: tũc illud mediũ dicens quis nec verũ dicet nec nõ verũ ⁊ dicit aliqd hoc dicẽdo qõ est p̃ter ens ⁊ nõ ens: igiĩ erit fm hec quedã trãsmutatio que nõ est mot⁹: que erit p̃ter gnõnem ⁊ corruptionẽ sicut paulo ante dixim⁹. ¶ Amplius si dicat esse mediũ ẑdictionis tũc in qbuscũqz generib⁹ inest ẑriũ qõ est sicut negatio in hijs ẑrijs erit etiã mediũ: q̃ illa ẑria in illo gñe modũ habẽt affirmationis ⁊ negationis: fm hoc igiĩ in gñe qõ est numerus inter par ⁊ ipar erit mediuz qõ erit numerus: qui neqz par est neqz impar: sed hoc est ipossibile: ⁊ hoc manifestũ est ex diffinitione paris ⁊ imparis: q̃ par est numerus qui in duo eq̃liter diuidiĩ: ⁊ impar est numerus qui in duo equa diuidi nõ põt, p̃pter vnitatem interpositã. ⁊ pz q̃ iste diffinitiones differunt per affirmationẽ ⁊ negationẽ: ⁊ iõ cõp̃ehendunt oẽm numerum. ¶ Ampli⁹ si tale dicat esse mediũ inter par ⁊ impar hoc necessario vadit in infinitũ: q̃ mediũ p̃trariꝝ erit numer⁹: ergo diuidiĩ per par ⁊ ipar sicut pz ex diffinitionib⁹ paris ⁊ iparis: ⁊ tũc eadẽ rõne inter illud par ⁊ iter illud impar erit numerus medius: ⁊ ille iterũ eadez rõne diuidiĩ per par ⁊ ipar ⁊ sic abibit in infinitũ qõ refugit itellectus: stãdũ g̃ erit in prima diuisione paris ⁊ iparis: que nõ bz mediũ. Si enĩ sit alius quidã numer⁹ medius: tũc ille habebit portiones numeri alias ab hijs que sunt bui⁹ numeri qui diuidiĩ per par ⁊ ipar: ergo non solũ sunt hemiola siue sesquialtera ista que nouimus: sed plura alia que numero medio p̃ueniũt: opz q̃ ille medius numerus iterũ negeẽ de affirmatione ⁊ negatione que sunt extrema eius: ⁊ diuidat per par ⁊ ipar: ⁊ mediũ iter illa iterũ erit aliquid qõ neutrũ est extremoꝝ: eo q̃ substãtialis diffinitio medij alia est a diffinitionibus substantialibus extremoꝝ. ¶ Amplius qñ ad interrogationem qua queriĩ si hoc est albũ respõdeẽ q̃ nõ sit albũ: nihil negauit nisi ip̃m esse albũ. Negatio enim nõ est nisi nõ esse fim pliciter. Si ergo nõ negat nisi vnum extremũ contradictionis q̃ affirmatio dixit esse: tunc nullũ est mediũ iter ea. Si enim esset mediũ oporteret sic querere aut est albũ aut nõ album aut mediũ: ⁊ similiter oporteret respondere. Ex hijs igitur patet q̃ contradictionis non est meduz fm se.

¶ Cap. z'''. De egritudinibus: vnde cõtingunt iste opiniones: ⁊ homelijs cõtra eas ⁊ que sunt ipse opiniones ⁊ auctores earum.

Ex. cõ. 28.

Sta aũt opinio que dicit cõtradictionis esse medium euenit quibusdã ex altera trũ duarũ causarũ: sicut ẽt alie opiniones inopinabiles quas supra dixim⁹ eueniũt. Aut enĩ eueniunt ex hoc q̃ nõ possunt soluere oppositiones litigiosas siue p̃tentiosas sophistarũ: ⁊ tũc annuẽtes orationi p̃firmãt verũ esse q̃ sophistico syllogismo syllogizatũ est: ⁊ qdẽ qdã tali de causa p̃cedunt istas inopinabiles positiones: aut p̃pterea q̃ qdã qdẽ putant oium esse demonstrationẽ: ⁊ cũ quedã verissima ⁊ prima demõstrare nõ possunt dicũt ea esse falsa: ⁊ p̃cedũt opposita principioꝝ esse vera. Quacũqz aũt harũ cãruz egritudo causeẽ vnus modus erit homelie cũ istis: ad hos enĩ oẽs principiũ disputationis est ex nominum diffinitione. ¶ Diffinitio aũt est ex hoc q̃ p̃cedũt nomina aliqd finitũ significare q̃ sit res esse necessario: ista enĩz oĩo quã nomẽ significat ẽ diffinitio Heracliti: quã supra dixim⁹ oĩo qdẽ videẽ esse dicẽs oia simul esse ⁊ nõ esse p̃pter motũ qui ex esse ⁊ nõ esse cõponiĩ: ⁊ lz ita dicat: tã ex dicto suo sequiĩ q̃ oia sunt vera: q̃ ex quo oĩb⁹ simul inest esse ⁊ non esse: qcqd negat vel affirmat de eis in qbus est esse vel nõ esse totũ erit verũ: sic igiĩ pz Heraclitũ oia vera esse facere ex consequẽti sue positionis. Ea vo rõ que est Anara. que dicit aliqd esse medium ẑdictionis: qõ mediũ neutrum est extremoꝝ necesse est oia facere falsa: q̃ de medio vtrũqz falsificat extremoꝝ. Quãdo enim miscentur extrema: tũc mixtũ mediũ nec bonũ est nec nõ bonum: ⁊ similiter est de alijs extremis ẑdictionis: nihil igiĩ erit verũ dicere de tali medio: oia aũt que sunt dicit sic mixta eẽ: nihil igiĩ verũ dicere p̃tingit de hijs que sunt oĩbus. Hijs aũt sic determinatis palam est: q̃ ipossibile est esse verũ de oĩbus aliqd esse vniuoce siue vno mõ dictuz: siue dicat per affirmationẽ siue negationẽ: eo q̃ nihil est vnũ sed q̃libet mixtũ ex oĩbus. ⁊ hoc qdem concedentes dicunt. Quidam enim

BIBLIOTHECA NATIONALIS MADRITENSIS

enim dicunt nihil oīno esse verū: ⁊ dicunt q̄ nihil prohibet oia esse falsa sic: sicut falsum ⁊ ipossibile est diametrū esse simetrus: ⁊ isti sequunt ea que sequunt ex dictis Anara. alij vo qui sequunt id q̄ sequatur ex dictis Heracliti dicūt oia esse vera: be enim rationes siue positiones fere sunt eedem ipsius Heracliti rōnibus: sequunt enim iste ex illis. Nam cum Heraclitus dicat q̄ oia simul sunt vera ⁊ falsa: vtrūq̄ dicit aliquātulus extra orationes istas: que diuisim dicunt omnia vera ⁊ alij omnia falsa. propter quod si illa que Heraclitus dicit sunt impossibilia sicut in antehabitis ꝓbatū est esse q̄ quedam sunt vera quedam falsa tunc et ista sunt impossibilia per eandem rōnem sicut pz cuilibet.

¶ Cap. 3m. De improbatione opinionū Anara. ⁊ Heracliti ⁊ sequēciūm fm eundē modū de contradictorijs.

Is igitur ita suppositis: palā est ex prius habitis q̄ extrema ꝛtradictionis sunt que nō est possibile simul vera esse: neq̄ simul falsa: ⁊ putabitur hoc maxime cōtingere vel sequi ex dictis que dirimus: cū tū ad oēs tales orationes inopinabiles disputādū est: tunc quēadmodū in supio: ibus orationib⁹ pluries dictū est: opz queri nō qdē de re ipsa vtrū. s. aliqd sit aut nō sit. Sed queri opz de significare aliqd per orationē: igitur ex diffōne nominū disputare opz: sicut si accipiamus qd per diffōnē significat verū vel falsum: que ꝛdictorie opponunt: cuz nulla sit diffinitio falsi nisi per veri negationē: vnde circa orationē opponunt verū ⁊ falsum: sicut par ⁊ impar opponunt circa numeruz. ¶ Si igitur nihil aliud est falsuz: nisi negare verū qō dicit: tūc pz positionē esse falsam que dicit oia esse falsa que est positio Anara. est enim nēcium alterā partē ꝛdictionis esse veraz.

¶ Amplius si fm p̄inducta neēe est oia aut dicere affirmādo aut negare: tūc impōse est vtrasq̄z falsas esse ꝛdictiōes: altera nāq̄ pars ꝛdictionis huius est falsa etiā fm Anara. contradictoriā enim hui⁹ qua dirit oia esse falsa ꝓponit esse falsam: ⁊ istā verā: cōtingit etiā quoddā qō oibus talibus firmatū est per ꝓnitiaz: hoc aūt est q̄ seipsas destruunt. Nam qui oia vera eē dicit sicut Heraclitus ex dicto suo sequit: q̄ ꝓpōnis sue cōtraria ⁊ cōtradictoria etiam sit vera: igitur cū ꝛdictiones nō possint esse simul: sicut dudū ostensum est: opz q̄ sua oratio que cōtradictorie quā cōcedit opponitur nō sit vera: ⁊ sic destruit hec oio seipaz. Qui vo oia dicit esse falsa sicut Anara. sequit vt etiā seipsum dicat esse falsum in hoc: q̄ oia dicit eē falsa. ¶ Si aūt forte adhuc dicere velit Heraclitus qdē auferēdo siue ercipiēdo contrariam sui dicti dicēdo: q̄ sola illa est nō vera alie aūt oēs vere. Anara. autē ercipiet solam ꝓpriaz quā dicit esse veram: tunc erit ꝓnis q̄ nō minus cū istas quas ercipiunt opz significare infinitas quas necesse est ercipere. Et hoc contingit duplr: q̄ videlz inducēdo de quolibet qō dicunt esse verum vel falsum ⁊ hoc sunt infinita: dicit enim Heraclitus hoc ⁊ illud ⁊ hmōi infinita eē vera: ⁊ cuiuslibet orationis oppositum dicit eē falsum. Anara. aūt hoc ⁊ illud ⁊ hmōi dicit esse falsa: ⁊ cuiuslibet sue orationis oppositā dicit eē verā: alius autem modus eiusdem est: q̄ qui dicit oia esse vera dabit omnia esse vera esse verum: ⁊ dabit q̄ qui opinat hoc opinatur verum: ⁊ q̄ qui dicit hoc dicit verū: ⁊ q̄ significat hoc ⁊ intelligit hoc ⁊ qui dicit se itelligere hoc ⁊ talia hmōi infinita. per hūc etiā modū infinita vera esse cogēt concedere: qui dicit oia esse falsa quocunq̄z modo varient concesse ab eis: necesse est q̄ opposite earū quas ꝓcedunt sint false: ⁊ eē false credant ab eisdē. Qui enim quocūq̄z modo variatam dicit verā orationē est verus fm istos: ⁊ hoc in infinitū vadit vt iam ostēdimus. hax autē opinionū cause sunt oia in oibus dicere quiescere: aut oia dicere ꝓtinue moueri: ⁊ palam est ex hijs que in prehabitis determinata sunt: q̄z nec illi verū dicūt qui oia dicunt gescere: nec illi qui dicunt oia moueri. Nā si cōtraria existentia in eodē quiescūt: tūc semper sequit q̄ eadē vera sint ⁊ falsa fm Anara. hoc aūt statiz ad visum est falsum: q̄z hoc aliqd est trāsmutatū. Qui enīz dicit istam orationē Anara. ipse idem aliqñ non erat: ⁊ itez aliquādo post mortē non erit: ⁊ sic pz q̄ falsum dicit. Si vo omnia mouent sicut dicit Heraclitus: tūc sequit fm eū q̄ nihil sit verū ergo oia sunt falsa: hoc aūt ostēsum est impossibile eē iam pluries: q̄z oppositū hui⁹ erit verū. ¶ Amplius ens pmutari est necesse sicut dicit Heraclitus: ⁊ consonat ipsa veritas ex aliquo ente in aliquid est oīs pmutatio: sed iam in prehabitis ostēdimus: q̄ nec oia quiescunt nec oia ita quādoq̄ mouent q̄ nihil semp moueat: q̄dā enim sunt que semp mouentur sicut celum: ⁊ sunt mota a motoribus suis ⁊ primū moueus est semper id ipm ⁊ imobile. ⁊ quedā sunt que aliquādo mouent ⁊ aliquādo non: sicut inferiora. Palam igitur est q̄ non semper omnia mouentur.

¶ Cap. 4m. Et est digressio declarās vtrū veritas hui⁹ p̄ncipij q̄ est ꝛdictorias nō eē simul veras sit ab eterno.

Ex oibus autē inductis opz nos inducere dubitationē de veritate huius principij: qdā enim ex hoc q̄ istud principiū est simplr ⁊ absolute primū nō in genere qō oib⁹ est mānifestissimū: ⁊ circa q̄ non ꝛtingit errare: q̄ nō hz cōtradictionē: ⁊ non est acceptū ab alio: dicūt hoc principium esse veritatis prime. prima aūt veritas non est nisi vnica ⁊ eterna: videtur igit hoc p̄n veritatis prime ⁊ eterne: adhuc aūt hoc idem affirmāt quidā per hunc modum: aut enim veritas fuit ab eterno aut nō: si fuit ab eterno habetur ꝓpositum. Si aūt nō fuit ab eterno tunc veritatē fuisse ab eterno est falsum: ⁊ si hoc est falsum eius ꝛdictorium est verum: ⁊ si ꝛdictorium est verum veritas est: g̃ si veritas ab eterno nō est: veritas est ab eterno. Quicqd ad destructionē sui sequit esse eternū est: g̃ veritas enūtiationis ab eterno ⁊ eterna est. ¶ Amplius simus eodē in spatio vel in istanti aliquo eternitatis ante mūdū: in illo igit aut verum est mūdū fore aut non. Si detur eē verum mundū fore: ergo ab eterno fuit verum: eadem rōne: ⁊ sic veritas aliqua est eterna. Si aūt nō fuit verum eius ꝛdictoriū erat verum: ⁊ si hoc fuit verum ab eterno: verum fuit. ⁊ sic item redit q̄ veritas enūtiationis fuit ab eterno. Hoc aūt ⁊ hmōi multa quidē obijciūt volētes p hoc ostēdere aiam eē imortalē: cū hmōi sit subm veritatis: nec pōt esse qō veritas sit eterna: subm aūt veritatis nō sit eternū. Similiter aūt obijciūt ad futurum: qñ aut vītas erit in ꝓpetuū aut non erit: ⁊ si erit habeē ꝓpositum. Si aūt nō erit veritatē fore iperpetuū non est verum: ⁊ hoc dato eius cōtradictoriū est verū iperpetuuz: ⁊ sic redit q̄ veritas durabit iperpetuū: etiā si ponamus oia redigēda esse in nihiluz.

¶ Ad hec oia sophata nō est difficile respondere: qñ veritas prima duplr sumitur: dicit enim prima que non sequit ens inquātuz est ens in quo stat oīs entis resolutio. Et hec est veritas diuina que sub ente non cadit: ⁊ hec non est illa circa quā nō ꝛtingit errare: q̄z illa hz sit manifestissima: tamen ꝓpter sui excellentiā non est pfecto itellectu itelligibilis vt dicit phs: ⁊ ideo multipliciter erratū est circa eā. neq̄z hoc modo manifestissima est q̄ ipsa sit p̄n essentiale aliorum verorum sicut sunt illa que sunt manifestissima ꝗz sui naturā: sed est manifestissima in se ⁊ sibi vt principiū effectiuū aliorum a cuius eē deficiunt itellectus ⁊ lingue ꝓpter sui excellentiā: ⁊ iō apud multos conditionata est ⁊ ab alijs accepta veritas ista neq̄z est vnius rōnis cū aliqua alia veritate. Et hz dicaē q̄ veritas prima oibus per nām ipressa est: tū hec impressio nō est nisi de scia qa est ⁊ nō qd est: eo q̄ nō hz diffinitionē neq̄z est diffiniens alia vera: ⁊ iō conditiones iducte de manifestissimo ⁊ circa qō nō cōtingit errare: ⁊ qō est sine ꝛdictione nō ab alio acceptū per hunc modū quo supra inducte sunt nō ꝓueniūt diuine. Similiter aūt veritas diuina non est p̄n demōstrationis: q̄z igitur istud p̄n de quo locuti sumus extra genus esse dicitur. hoc est ideo: q̄z extra vnū qōlibet genus est in quolibet genere existēs: prima aūt veritas nō est in quolibet genere existens nec hz aliquā ad demōstratiōis genex ordinationē: nisi sicut cā efficiēs oīnz nō coordinabilis alicui suorum effectuū. Et hoc cōstat p hoc: q̄ prima cā ⁊ veritas sua est supra itellectū ⁊ supra narrationem ⁊ inominabilis a cuius noiatiōe oēs lingue deficiunt ꝓpter excellentiā eius. ¶ Qō aūt sic se habet ad itellectum non pōt esse in accipiēdo scientiā principiū: ad omnia autez alia sophismata est vna solutio: q̄. s. contrarietas ⁊ contradictio ⁊ hmōi accidunt ꝓpositioni ad rem relate: que qdē fm causam veritatis ⁊ falsitatis sunt in re ipsa: sed tamē vt componēte ⁊ diuidente ⁊ cōplectente fm cōplectionem sunt in anima. vnde cū queritur vtrū ante mundū cuz nulla res fuerit sit verum q̄ dicitur mundus erit aut mundum fore.

Solutio.

Veritas p̄ma duplr dicit.

Ante mundi creationē ista non fuit neq̄z vā neq̄z falsa mūdus erit.

¶ Dicendũ q̃ hoc nec verũ nec falsum fuit: qz nõ fuit propositio vel dictũ: ⁊ ideo nõ habuit ꝓrariũ vel ꝓtradictoriũ eadem de cã qz nõ fuit res in qua sicut in cã eẽt veritas nec fuit intellectus ista cõponens vel diuidens. Veritas enim sicut supradictũ est: est dicere q̃ est esse vel q̃ nõ est non eẽ: ⁊ falsitas est dicere q̃ nõ est eẽ aut dicere q̃ est nõ eẽ. Et ꝑm hoc veritas est adequatio rez ⁊ intellectũ cõponẽtiũ ⁊ diuidentiũ: ⁊ adequatio rei ⁊ significationis in oratione est veritas orationis. ¶ Et hoc eniz sequiẽ q̃ in eo q̃ res est vel nõ est oino vera vel falsa est: ⁊ si dicatur q̃ ante mundũ fuit hoc in mẽte diuina verũ: ⁊ sic ab eterno fuit vez: dicẽdũ est q̃ oia futura que postea facta sunt fuerũt in mente diuina, sed in mẽte diuina existentia fuerunt ipsa mens diuina simpliciter: ⁊ sine omni cõplexione: est enim notitia diuina materialiũ imãliter: ⁊ tẽporaliũ intẽporaliter: ⁊ cõpositoꝝ ⁊ cõpleroꝝ simpliciter: ⁊ diuersoꝝ vnite: ⁊ ideo nõ fuerunt in ea per esse ⁊ rõnem cõpleroꝝ vel enuntiationuz: ⁊ iõ nihil accidit eis ibi de hijs que ꝓsequunẽ enuntiationẽ in eo q̃ enuntiatio est. Iõ enim capit aliquis intellectus q̃ enuntiatio sit nullo erũte subto ⁊ predicato: ⁊ itez nõ capit intellectꝰ q̃ subiectũ sit ⁊ predicatũ nullo penitus erũte subijcibili ⁊ ꝑdicabili: ⁊ itez nõ capit intellectus q̃ aliqd ꝓsequẽtiuz enũtiationem sit nulla penitus erũte enuntiatione: omni eodez modo dicendũ videẽ ad ea que querunẽ in futuꝝ: ⁊ si p hypothesim ponaẽ: q̃ oia desinãt esse in futuꝝ. hoc eniz penitus eundẽ hãt modũ solutionis: de quadã aũt veritate reruz ⁊ signoꝝ: qua signũ vez dicitur qñ recte facit hoc ad qõ faciẽdum est ordinatũ a prima veritate ꝑm quã rectitudinẽ hec oratio me sedere vera dicit esse siue ego ꝑm rem sedeã siue nõ sedeã: eo q̃ oratio facit suũ rectũ debitũ significãdo: nos hoc nihil loqmur: qz nihil spectat ad pñs in quo sumus negociũ: ⁊ iõ nõ querimus vtruz illa veritas separabilis sit a signo q̃ est oratio vel nõ. Nec querimus vtrũ sit vna in oibꝰ signis vel nõ: nec etiã curamus hic querere vtruz oia talia vera sint sicut vera diuina ⁊ eterna veritate. ¶ De hijs.n. oibus reputamus determinare nõ esse difficile sufficienter litteratis: ⁊ ad ꝓpositũ negociũ nihil profunt. hoc enim hic sufficit q̃ istud est principiũ primũ: qõ nõ est simul affirmare ⁊ negare: ⁊ q̃ ꝓdictio est oppositio cuius nõ est medium ꝑm se ⁊ est principiũ quo sicut quodã instrumẽto intellectus hois oẽm accepit sciam alioꝝ: ⁊ hoc est ꝑm q̃ in hoc quarto libro intendimus: q̃.s. eiusdez sciẽtie vniuersalis que est phia prima sit determinare de primo ente: ⁊ de primis principijs demõstrationũ. In hoc eniz sicut a principio huius libri diximus cõpletur huius quarti libri tota intentio.

¶ Cap.v^{m}. Et est digressio declarans q̃ maior est oppositio contradictionis q̃ aliqua aliarum.

Licet aũt iaz tota nostra in hoc libro pateat intentio tũ ad facilioẽ intellectũ precedentiuz ⁊ sequentiũ adhuc attẽdendũ est: q̃ hoc principium de quolibet affirmatio vel negatio vera ⁊ de nullo simul vera est: qz affirmatio ⁊ negatio maxima est oppositionũ: qñ inter ens ⁊ nõ ens nihil oino est mediũ: qñ iz idem sit subm in affirmatione ⁊ negatiõe: tñ esse ⁊ nõ esse que attribuunẽ eidẽ subiecto nihil penitus hãt mediũ: ⁊ nõ distant tñ ꝑm ertẽsionẽ que põt esse in vna nã generis sicut cõtraria. ¶ Sed infinite distant extra omne genus: ⁊ quicqd affirmaẽ in vna totũ negatur in altera. ⁊ iõ in nullo penitus ꝓueniũt: nec vniri pñt: sicut ꝓtraria quidẽ in vno actu esse nõ pñt: ⁊ maxime distãt ꝑm extensionẽ que põt eẽ in vna generis nã: sicut albũ ⁊ nigrũ ꝑm colorꝭ nãm: que est ex susceptibilitate lucis in subiecto vno: que qdẽ susceptibilitas ꝑuata est in nigro: ita tñ q̃ remanet eẽ colorꝭ: ⁊ sic est in calido ⁊ frigido ꝑm participationẽ virtutis motus dissoluẽtis: qui qdẽ priuaẽ in frigido: ita tñ q̃ remanet virtus motus ꝑm q̃litatis qdditatez: iz nõ dissoluat sitũ partiũ mãe: ⁊ ita est in humido fluẽte ad aliud pp motũ ⁊ ad seipm cũ diminuiẽ vis motus: ⁊ cũ cessat tãtũ cõstrigunẽ ad se ptes q̃ exprimiẽ humidũ: ⁊ causaẽ siccũ: ita tñ q̃ qualitas virtutis motus remanet: ⁊ sic est de oibꝰ ꝓdijs maxime sub eadẽ nã generis distãtibꝰ: ita q̃ semper remanet vna nã in oibus extremis siue habeãt medium siue nõ habeãt. Et iõ distant in genere: ⁊ si vnum negaẽ de alio nõ est semp negatio ꝑm se sed per aliud potius. Si eniz ꝑm se esset sicut vno posito negaẽ aliud: ita vno negato iferretur ⁊ poneret aliud. Hoc aũt nõ est vez: qñ si dicam hoc est albũ: sequiẽ q̃ non est nigrũ sed nõ conuertiẽ: q̃ si dicaz hoc nõ est nigrũ q̃ ꝓpter hoc sit albũ. ⁊ hoc ideo est: qz non esse nigrũ est negatio ꝓñs ad affirmationẽ precedẽtem que est aliqd repugnãs nigro: ⁊ sic est in oibus diuersis: cũ enim dico hõ nõ est capra: hec negatio causaẽ ab hac affirmatiõe homo est hõ. Sed cum dico est ⁊ nõ est negatio non causaẽ nisi ab eadẽ affirmatiõe cui opponiẽ: ⁊ qõ ponitur in vna ꝓz seipm negatur in alia: de priuatione aũt ⁊ habitu constat q̃ liz priuatio dicat nõ ens non tñ dicit simpliciter non ens: ꝓz dicit nõ ens entis ⁊ in ente. ¶ De relatiuis ẽt ꝓstat q̃ posita se ponunt iz nõ ponãt se vt sunt opposita: ⁊ iõ ꝓz ꝓdictoria maxime esse opposita: ⁊ nõ esse mediũ ꝓtradictionis. qz inter esse ⁊ non esse nõ est aliqua vnius nature ertẽsio: neqz est non ens q̃ ponat aliquid illius esse qõ negaẽ: neqz vno posito aliud ponitur. ¶ Sunt igiẽ cõtradictorie opposita maxime opposita: ⁊ non possunt simul cõgregari ⁊ inter ea nulluz potest esse mediũ. Utrum autẽ hoc principium habeat causam: vel sit cõmune causato ⁊ incausato non põt hic determinari: sed inferius vbi ostendemus q̃ nihil vniuoce predicatur de causato ⁊ incausato: vel negatur de eodem ⁊ q̃ tamẽ negationes verioꝛes sunt de incausato q̃ affirmationes. Hec igitur de hijs hic dicta sufficiant.

¶ Incipit liber quintus metaphysice qui totus est de noiuz distinctiõe. Primus ãt tractaꝰ ẽ de distinctiõe noiuz principioꝝ entis.

¶ Cap.p^{m}. De distinctione principij siue initij.

Ecx. cõ. pmi.

Sicut i antehabitis diximus ista sapiẽtia sicut prestituit quesita ⁊ principia ita preponere ꝓz analogoꝝ de quibꝰ intẽdit multiplicitatẽ: potestas eniz subiecti non scitur nisi p diuisionẽ subiecti in ptes: ⁊ partiũ vlterius in partes. Et iõ cũ de principijs entis ⁊ ipso ente ⁊ ptibus entis primis ꝑm q̃ ad ens reducunẽ ista intẽdit sapientia. Opz in ea tangere diuisionẽ istoꝝ: vt sciaẽ in qua sunt multiplicitate: tũc enim sciemus nos habere sciam pfecte: cum oium illarũ partiũ assignate fuerũt diffõnes ⁊ ꝓprie passiones. ¶ Iõ enim adhuc distinguemus noia huic sciẽtie cõuenientia: vt aliqd intentũ accipiaẽ ⁊ aliud abijciaẽ nõ intentum: quẽadmodũ fit in sciẽtijs ꝓticularibꝰ: qz sic cuiuslibet distinctio cũ tractatu de eo eẽt ordinãda: sed potius distinguemus principia ⁊ ens ⁊ partes entis ꝑmas: vt totus ambitus eoꝝ que cõsideãda sunt sciaẽ: ⁊ cũ de oibus erit tractatũ perfecta sciaẽ esse doctrina. Sic igitur distinguemus primo noia principioꝝ entis: ⁊ deinde ens ⁊ vnuz: ⁊ postea noia partiũ entis primaꝝ ⁊ cõmuniũ: hoc eniz spectat ad sapientiã de oibus habere sciam: ⁊ nõ ꝑm vnũquodqz ꝓticularium reddere rõnẽ de ipsis: sicut diximus in primo libro: qz vo principiũ prius est q̃ causa: eo q̃ ois cã principiũ est ⁊ non cõuertiẽ q̃ omne principiũ sit causa: ideo prius de principio incipiemus distinctionez. ¶ Dicamus igiẽ q̃ principium omne est primuz in ordine ante qõ nihil est: ⁊ post qõ sunt ea que sunt ex ipso principiata. primũ aũt in ordine situs maxime inter oia ꝓz primi rõnem: ⁊ iõ precipue dicitur principiũ: vnde aliqd esse quantũcũqz primũ moueat: ita q̃ ante ipm nihil sit vnde fiat motus: sicut dicimus primuz in lõgitudine ⁊ in via: sicut dicimus q̃ veniẽtes athenas primum monimus a thebis: ⁊ sicut dicimus q̃ icrementũ primũ est ꝑm diametrũ lõgitudinis: ⁊ postea ꝑm diametrũ latitudinis: ⁊ vltimo ꝑm diametruz ꝓfunditatis sicut in libris phyſicis ostẽdimus. Sic aũt dicto principio per ꝑziam huius rõnez dicit diuersum a principio q̃ est vltimũ: hoc eniz qõ vocamus vltimũ maxime opponiẽ vltimo in hac intentione principali dicto. ¶ Scõo vo dicit principiuz: non ꝑm rationẽ primi in situ sed primi in tẽpore: ⁊ nõ simpliciter sed ꝑm rõnem primi q̃ accipiẽ ꝑm cõuenientiã eius qõ mouet ad aliquid: ⁊ tunc dicitur principiũ: vnde siue a quo primo optime fit vnũquodqz. Sicut qñ aliquis debet fieri imbutus disciplinis. Ille enim nõ fit primo incipiens a principio

reiillius

rei illius quã debet discere: q̃ sic inceptio doctrine eẽt a diuinis metaphysicis ad que se hz dispositio nostri itellect⁹: sicut oculus vespertilionis ad lumẽ solis: vnde a tali rei ꝓncipio in docẽdo nõ est inchoandũ sed a primo: vnde qui docendus est oportunius addiscat. ¶ Tertio aũt modo dicĩt principiũ a primo ꝑm ordinẽ tẽporis: q̃ ad alia quãdaz addit super ordinez tẽporis cause rõnem sicut in generatione tam naturali q̃ artificiali dicimus principiũ: vñ siue erquo primũ res generat: que cõposita est ex multis se per ordinez tẽporis ⁊ motus ⁊ formationis cõsequẽtib⁹: ita q̃ illud primum sit existens per subaz in eo q̃ accipit generationem ex ipso: sicut fabrice nauis dicimus esse principiuz id q̃ vocat sedile nauis: ⁊ hoc est lignũ qõ in carina nauis per totaz vadit nauis longitudinẽ: q̃ in illa sedet tota nauis cõpagina/tio: ⁊ ad ipm sicut ad fundamentũ quoddã oẽs partes nauis referunt. Sic etiam principiũ domus est fundamẽtũ: ⁊ principiũ animaliũ alij dicũt esse cor: qdẽ alij aũt cerebruz: alij aũt qõcunqz aliud mẽbrũ dicunt esse principiuz: ꝑm qõ susceperit quilibet per cõsensum sue opinionis: de hoc aũt tradidimus in libro nostro de aĩalibus: q̃ in oĩum generatiõe animaliũ principiũ est cor: preterq̃ in hijs que de ouis in vermes ⁊ de vermibus in volãtia quedã generant sicut sunt apum genera. In hijs enim principiũ est caput: ⁊ id qõ est loco cerebri. Si qua tñ est generatio animaliũ ex putrefactione in talib⁹ etiã necesse est principiũ, s. primo caput formari: q̃ aliter nõ sumeret nutrimẽtũ a circunstãtibus q̃ ei qõ format est necessariũ. ¶ Hijs igit trib⁹ modis dr principium: qõ est primũ: ita q̃ intrinsecũ est ⁊ manet in eo existẽte cuius est principiũ: hoc enim cũ fit ordine primuz: aut est ꝑm duplicẽ ordinem primũ situs. s. ⁊ tẽporis: aut ꝑm alteruz tñ: vt est temporis. Et siquidẽ est ꝑm duplicẽ ordinem primum est primo modo primũ principiũ. Si autem est primũ tempore nõ situ necessario aut est ꝑm bene esse aut ꝑm esse. ⁊ ꝑm bene esse: est modus secũdus. ꝑm esse autẽ est modus tertius: ⁊ hos qdem modos addit intentio principij super intentionẽ cause ꝑm ambitũ sue cõmunitatis: ⁊ iõ nõ cõuertitur ꝓnitia a principio ad cãm: ⁊ in hijs quidem modis primus modus est principalis ⁊ principiũ in hijs modis dictũ quidã dicũt magis ꝓprie initiuz appellari. ¶ Quarto autẽ modo dicĩt principiũ sub intẽtione cause efficiẽtis id vnde siue a quo res primo fit ⁊ generat primũ: cũ nõ infint in illo existente cuius est principiũ: ⁊ hoc est vnde siue a quo principium primũ motus quo fit ⁊ generat aliquid natus est initiari ⁊ permutatio qua aliquid pmutat ad esse: sicut pueri principiũ dicunt esse pater ⁊ mater: q̃ sunt extrinsecũ principiũ sue gnationis per modũ mouẽtis ⁊ initiantis: sic enim in voluntarijs dicĩt principiũ belli cõnitiũ: q̃ primũ mouit ad iram eos qui pugnãt in bello. ¶ Quinto modo dicĩt ꝓncipiũ etiã ꝑm cause intentionẽ que cã finalis est monẽs efficientem ⁊ mouentẽ primũ. ⁊ illo modo dicĩt principiũ illud ꝑm cuius preuoluntatẽ mouent mobilia aliqua ⁊ mutãtur mutabilia: sicut mouere ciuitatẽ principatus ⁊ potestates ⁊ regna siue imperia. hec enim sicut animata quedaz iusta mouẽt vt finis reipublice. Non enim aliter possent mouere multitudinẽ: nisi oĩum eoꝝ qui mouent voluntatũ finis eẽt principis preuolũtas: que non nisi iusta esse supponĩt. ⁊ ꝑm hunc modũ etiã artes mechanice dicunt ꝓncipia: eo q̃ ars que est recta ratio factibiliũ nihil aliud est vt dicit Tullius nisi collectio principioꝝ ad eundẽ finẽ tendentiuz: qui finis causa est motus in oĩbus mobilib⁹ arti subiectis. Inter artes aũt marime dicunt esse hoc modo ꝓncipia ille que sunt architectonice: precipue ꝑm illam architectonicaꝝ rõnem: quã in principio ethicoꝝ assignauimus. s. q̃ architectonica dicĩt magis cõsideratiua finis: q̃ illius est preordinare oẽs alias ad illum finẽ quocũqz modo respiciẽtes sicut dux exercitus ordinat eos qui diuersis actibus respiciunt ad victoriam. ¶ Amp. aũt 6° modo dicĩt ꝓncipiuz: vnde siue per qõ res primũ fit nota: ⁊ hoc opz aliqd eẽ rei: ⁊ quoad hoc vergit iam aliqualiter ad intentionẽ elemẽti ⁊ iõ minus ꝓprie inter oĩa dicĩt principiũ: hoc aũt principiũ dicĩt sicut suppositiones dicuntur principia demõstrationũ: hoc igit secundario modo principiũ dicĩt qõ virtute mouet q̃uis p subaz non fit intus in re mota: hoc aũt aut est principiuz nihil rei existens aut aliqd rei existens: ⁊ siquidẽ nihil rei existit aut est principiũ ꝑm totaz substantialẽ ⁊ nãlem virtutẽ mouẽs: aut ꝑm virtutẽ finis tñ. ⁊ primo quidẽ modo principiuz est qõ posuimus in quarto modo ⁊ scõo modo est principium qõ posuimus loco quinto: aliqd autẽ rei est qõ facit ad rei noritiam cũ eadẽ sint principia esse ⁊ cognitionis sicut sepe diximus: hoc igitur modo primus modus principalius attingit rõnem nominis: ⁊ deinceps quilibet ꝑm ordinẽ suuz ꝓpinquiorẽ vel remotiorẽ dicit principij modum: ⁊ sic accipienda sunt que dicunt de principio: ⁊ nõ ꝑm Auerrois cõsiderationez. Putabat enim q̃ id qõ pticipat verius cause rõnem verius ⁊ participaret nomẽ ⁊ rõnem principij: ⁊ hoc nõ est vex sicut patet ex iam dictis. vlterius aũt maiori im proprietate dicĩt ꝓncipiũ tot modis quot dicunt cause: oẽs enim cause sunt principia sed non cõuertĩt: ratio autez vna primi cõmunis est per analogiaz oĩbus modis dictis principijs: ⁊ hoc est vnde omne principiatũ aut est aut vnde fit aut vnde cognoscĩt. Primũ hoꝝ aũt: que sic prima sũt: q̃dã quidẽ sunt in ipsa existentia rei principiate: quedaz autem sunt extra existentiã principiati. sed ꝑm ꝓmos tres modos cum sit intra existentiã principiati nõ est in eo sicut elementũ sed sicut pars prima a qua icipit motus vel doctrina vel gnatio: extra vo est sicut in sequẽtibus tribus modis: q̃ hz principiũ cognitionis realiter sit intra cognitũ nõ tñ est hoc modo itra cognitionis principiũ q̃ sic est vle in lumine intellectus existens. Quãdo vo intus ⁊ extra esse extensius accipiunt: tunc ea a qbus fit vel cognoscĩt vel est res quocũqz modo sumat intus vel extra existẽtia principij habẽt nomẽ ⁊ sic natura dicĩt esse principiũ: ⁊ elementũ dicitur eẽ principiuz: ⁊ mens que per rõnez rei ⁊ notionẽ ipsius mẽsurat res dicitur eẽ principiũ: ⁊ hoc mõ preuolũtas ⁊ suba formalis: ⁊ id qõ est cuius cã sunt oĩa finis videlicet est principiũ: bonum enim qõ est finis ⁊ malũ ei oppositũ sunt causa multis: ⁊ principiũ ⁊ cognitionis ⁊ motus. Multa enim cognoscuntur p fines suos: ⁊ quecũqz mouent ꝓpter finẽ mouent. ⁊ iõ superius diximus q̃ in mathematicis que imobilia sũt nõ fit demõstratio per finẽ. ¶ Nõ ignoramus aũt quosdã accipere modũ quintũ ꝑm rõnem cause efficientis: sed illoꝝ dicta nõ curamus q̃ inductos modos nõ nisi ꝑm materiã verificant ⁊ ciuilia ⁊ ciuiliũ rationes ignorãt: vt videtur hic: igitur de principij distinctione dicta sint a nobis.

Sufficiẽtia ꝓ dictaꝝ significationũ principij.

ꝓ ethi. cap. I.

¶ Cap. z^m. De distinctione huius nominis q̃ est causa.

Tex. cõ. 2.

¶ Cap. z⁹. De modis situs fm q ptinet pdicamētū actionis ⁊ situs ⁊ spēm q̄litatis que dicit dispositio vel habit⁹.

Tex. cō. 25.

Habit⁹ vo nō sonat idē qd hīe: sz situs est qdā resultās mediū ex situdine duoꝝ adiuicē: q̄z vnū est mutās ⁊ alterū mutatū fm formā aliq̄: ⁊ iō multa istud cōprehendit in diuersis erētia gēib⁹ entis. dī qdē vno. n. mō hīt⁹ tanq̄ actio qdā hūtis ⁊ hīti sicut act⁹ qdā medi⁹ aut mot⁹ fm q est act⁹ ⁊ motus erīēs ab agēte ⁊ mouēte in patiēs ⁊ motū: nā qū hoc qdē facit illud aūt fit ⁊ patit: tunc media est poesis: hoc est actio fm quā ipsum agēs in id qd subiicit ⁊ patit dī agē: ⁊ hoc ꝓprie est actiōis pdicamētū: ⁊ sicut mō ifra siue itra habētē idumētū ⁊ ipm idutū habitū est medius habit⁹: q signiat per idutū eē ⁊ cappatū ⁊ tunicatuz ⁊ hmōi: ⁊ hoc habit⁹ pdicamētū. ex hoc aūt palā est q hīt⁹ nō est hīt⁹ quo habeat hz hēre sit medius: hoc. n. abiret in infinitū: si ꝓcederet q eēt habit⁹: habit⁹ quo haberet. Alio vo mō 3° dicit habit⁹ spēs q̄litatis: que est dispō q̄dam vel habit⁹ vocata: ⁊ hoc duplr aut. n. hec dispō est fm bene vel male se hīe in toto vel in pte aliq̄ toti⁹: ⁊ vtrūq; hoꝝ duplr est: qz aut est fm bene simplr: aut fm bene per cōparationē ad aliud q minus valet in illo habitu: sicut dī sanitas habitus qdā corpis ex dispōne mixtoꝝ humoꝝ ⁊ cōpōne mēbroꝝ ꝓcedēs: sicut sor. san⁹ dī: aut simpliciter aut respectu platonis vel alteri⁹. ¶ Ampli⁹ habit⁹ dicit si pars qdā sortis est talis dispōnis aut simplr aut respectu alteri⁹: ꝓpter qd ēt partū fm bona vel mala cōpōnē ipsarū est qdā hīt⁹: habitus eni semp vult esse qdā mediū habētis ⁊ habiti: quoꝝ est mutatio quedā: ⁊ iō potius habitudo vocat.

¶ Cap. 3⁹. De modis passionis.

Tex. cō. 26.

Passio dicit vno qdē mō q̄litas hz quā alterari ꝓtigit: sicut albū ⁊ nigrū ⁊ dulce ⁊ amarū ⁊ gravitas ⁊ lenitas ⁊ q̄cūq; sūt talia sensibiliū q̄litatū: ⁊ sic passio est spēs q̄litatis quā vocam⁹ passionē vel passibilē q̄litatē. Alio vo mō dūr ⁊ sūt passiōes hoꝝ actiōes ⁊ passiones in subm q̄ ad agēs qdē relate sūt actiōes: ad patiēs aūt relate sūt passiones: ⁊ sic dicta passio pdicamētū est passiōis. ¶ Ampli⁹ aūt sic dictaꝝ passionū quecūq; sūt magis nociue alterationes ⁊ mot⁹ in his q̄ sensuz hūt ⁊ sūt lamētabiles marie pp nocumētū qd iferūt sensui ille dicunt passiōes. ¶ Ampli⁹ aūt in talib⁹ q̄ facūt in sensuz q̄cūq; sūt ipaꝝ erultationū vel tristitiaꝝ siue lamētationū iste magne passiōes vocant: ⁊ isti tres modi vltimi differūt: eo q pm⁹ dicit ipsi⁹ nāe q̄ pdicamētū est nāz. ¶ Duo aūt sequētes modi spēs passiōis eiusdē fm vsuz nois determinār: recipe. n. q grece vocat patin facit passiōis nām: recipe aūt ꝓtiū iducit lamētū eo q dissoluit ꝓtinuū in q̄ est sensus: magnitudines aūt receptionū in cōi siue sint ꝓueniētis siue icōueniētis dūr passiōes: qz vincunt sensuz: ⁊ vni⁹ qdē est voluptas siue delectatio. Alteri⁹ aūt est anxietas siue luctus vel lamētū: siue q̄cūq; alio noie vocet: ⁊ ꝓria noie qdē passio magis vocat voluptas q̄z delectatio: qz nō oīs delectatio hz ꝓrium sz illa sola que vt dicit Plato gnatio est in sensibile aiaz: iō ꝓsequēter nō oīs delectatio est passio: ꝓpter qd ēt delectatio nō habēs ꝓtiū magis in gne diffinit operationis q̄z passionis: est. n. delectatio operatio ꝓprij ⁊ cōnaturalis habitus ⁊ nō ipedita: siue vt

Mō qualr sex pn° nō dicunt ens aliqd absolutū: sz mixta sūt hitudinib⁹ cōpōnū.

dicit Michael effesius. Efflorittio nãe in ꝓpriũ ⁊ ꝓnãlitũ habituũ opõne nõ ipedita. Tres igit vltimi modi sunt ꝑdicamenti passionis: ⁊ q̃ sic passio illata est ab agẽte ꝑm potentiam actiuã agẽtis ĩõ primus modus sumit penes inferẽs hmõi passiões. Hec aũt duo: habitudo actionis ⁊ passiõis ꝑ certo vna sũt habitudo in suba differẽs ꝑm eẽ q̃ hz in terminis: sicut eadẽ est via de thebis ad athenas: ⁊ de athenis ad thebas differẽs penes termios: ⁊ q̃ penes hmõi differẽtias actiui ⁊ passiui relatiua que ꝑm ptãtes agẽtiũ ⁊ patientiũ inasci dirim⁹ superi⁹. Jõ relationes nõ sũt eedẽ: vñ paternitas nõ est filiatio neq̃ ecõuerso. ¶ Est aũt aduertẽdũ hic q̃ actio agẽtis hz sit ab agẽte ⁊ cõparationẽ dicat agẽtis ad patiẽs penes ptãtẽ q̃ agit sumptã: tũ, ꝑ certo est in patiẽte sicut in subto ⁊ est passio ipsũ⁹: sicut ⁊ mot⁹ est a mouẽte in motũ siue id q̃ mouet ⁊ est act⁹ mouẽtis ⁊ tũ est in eo q̃ mouet sic in subtis. hec igit̃ de passiõe dicta sũt a nobis.

Actio hz ab agẽte sit tũ in patiente est vt in subiecto.

¶ Cap. 4m. De modis priuationis que opponit habitui. Tex. cõ. 27.

Alia vo priuatio opponit habitui: ĩõ de priuatiõe hic post habitũ ⁊ passionẽ opꝰ interserere. Dicam⁹ igit̃ q̃ priuatio dicit a priuatiõe principij nãlis tribus modis: ⁊ vno qdẽ mõ dicit q̃ nõ hz aliqd q̃ est aptũ natũ haberi: hz hoc nõ sit aptũ ꝑm idiuiduũ siue subm neq̃ ꝑm speciẽ neq̃ ꝑm genꝰ: sicut oculis priuari dicit planta. Est tũ in talib⁹ pria potẽtia ad habitũ vita. n. occulta potentia est ad vitã manifestã ⁊ pfectã: ⁊ hoc est ꝑm oiuz sensuũ ꝓticipationẽ. Sed neq̃ in subto q̃ est hec plãta neq̃ in spe que forte est in altis neq̃ in gñe natũ est hẽ visuz vel oculus. ¶ Alio vo mõ dicit: q̃ aptuz natũ est hẽre: ⁊ hoc duplr aut in gñe aut in spe ⁊ nõ hz. Aliter. n. hõ dicit cecus q̃ nõ hz q̃ nat⁹ est hẽre in spe sz nõ hz: ⁊ alr talpa. Talpa. n. priuat eo q̃ non est apta nata hẽre ꝑm spẽm: sed q̃ nata est hẽre ꝑm genus. Homo vo cecus priuat eo q̃ nat⁹ est hẽre ꝑm se: ⁊ ꝑm suã spẽz. ¶ Amplius priuat eo q̃ natũ est hẽre ꝑm suã spẽm siue ꝑm se aut natum est hẽre ꝑm oẽ tẽs id quo priuat sicut hõ: aut priuat eo q̃ natũ est hẽre ꝑm tẽs determinatũ: sicut catulus q̃ nõ hz visum citra nonũ diẽ vñ priuari dicit si nõ hz q̃ natũ est hẽre ⁊ q̃ natũ est hẽre. Cecitas eni est priuatio q̃dã: sed nõ ꝑm tẽs qlibet cecus est ꝑm oẽ etatẽ. Sed tũc cecus est si in etate in qua aptus natus est hẽre visum nõ hz. ¶ Similr aũt in priuatione atendendũ est nõ solũ tẽs sed etiã subm in quo est ⁊ ꝑm qd siue ꝑm quã potentiã principij ⁊ ad q̃ membrũ determinatũ ⁊ si sic nõ hz id q̃ aptũ natũ est hẽre tunc priuatũ dicit. ¶ Ampli⁹ ꝑter oẽm principij nãlis defectũ dicit aliq̃ priuatũ: q̃ per vim siue violentiã ablatũ est. Sed hec est priuatio ꝓprij act⁹ ⁊ mot⁹: sicut lapis loco deorsum ⁊ motu priuatus dicit: q̃ sursum teneẽ violẽtia: aut q̃ ipedit colũna supposita: aut aliq̃ hmõi. Et hoc aduertẽdũ q̃ quot modis dicit negatio in gñe que relinqt subm: tot modis dicit ẽt priuatio q̃ hec negatio talis reducit ad priuationẽ: ꝓpter hoc solum q̃ negatio in gñe nõ hz mediũ: priuatio aũt aliq̃ mediũ hz: sicut ostendemus inferius: ⁊ ĩõ a primo mõ inchoãdo quot modis dicit negatio: dicit tot modis priuatio. Nã ineq̃le vel nõ eq̃le dicit q̃ nõ est aptũ natũ hẽre eq̃litatẽ vt color: qui nõ est aptus natus cõmẽsurari alicui: ⁊ hoc dicit nõ eq̃le penes modũ primuz. Inuisibile aũt dicit siue nõ visibile: aut q̃ nõ oino natuz est hẽre colorẽ: ⁊ hoc dicit penes modũ 2m: aut q̃ turpẽ hz colorem a quo auertit visus. ⁊ similr dicit id q̃ est sine pede aut nõ habẽs pedẽ: aut q̃ nõ hz oino pedes: aut q̃ turpes hz aut vitiosos ⁊ curuos sicut claudus pedibus. ¶ Ampli⁹ adhuc priuatũ aliqd dicit in paruz hẽre ⁊ minus q̃ erigit ad opõnẽ vt nõ ignitũ dicit q̃ nõ hz ignẽ intẽsioni sufficientẽ: sed hoc vltimũ reducit ad turpiter siue corrupte hẽre ꝑm aliquẽ modũ. ¶ Ampli⁹ dicit priuatũ q̃ nõ facile aut nõ bene seu expedite se hz ad actũ ⁊ opõnẽ vel passionẽ sicut ĩseca bile vel nõ secabile dicit nõ solũ ĩõ q̃ nõ secat: sz q̃ nõ facile aut nõ bene secat. ¶ Ampli⁹ in ꝑuatiõe ꝓsiderãdũ est: q̃ oino nõ hẽat nõ aliqs dicit priuat⁹ q̃ dimidio caret si illud dimidiũ põt facẽ actũ. monoculus. n. nõ dicit cec⁹ sz cec⁹ di: q̃ in ambob⁹ oculis nõ hz visum: ⁊ hoc est ĩõ: q̃ vn⁹ oculus per se agit visus opõnẽ sz monopes dr claudus ĩõ: q̃ vnus pes opõnẽ nõ pficit gressus. Quia aũt sic est q̃ opꝰ eẽ in toto priuatũ in mltis: ⁊ priuatio reducit ad negõnẽ in gñe nisi in hoc q̃ ꝑuatio est oppositio habẽs mediũ negatio aũt nõ: ĩõ hz bonũ ⁊ malũ opponunt ꝑ ꝑuationẽ ⁊ habitũ: tũ nõ ois hõ bon⁹ est aut malus aut iust⁹ aut iniust⁹: hoc. n. hũt mediũ q̃ñ bon⁹ ⁊ iustus dñr duplr ab actu videlz vtutis ⁊ officio ab actu q̃dẽ vtutis ꝑuatio ꝑm se. Ois hõ aut est bonus aut est malus: q̃ vtus ethica monastica est in seipo pficiẽs hoiem. Officiũ aũt vtutis vt dicit Tullius est ꝓgruus act⁹ psone ꝑm statuta ꝓie reipublice deseruiẽs: sicut dicit bon⁹ ciuib⁹ bon⁹ ⁊ iust⁹ ille q̃ ciuilia dirigit: ⁊ hoc mõ rustic⁹ ⁊ heremita neq̃ bon⁹ neq̃ malus est neq̃ iust⁹ neq̃ iniust⁹: q̃ nõ est ciuilis q̃ hmõi est: affirmatiõis aũt ⁊ negõnis nõ est aliq̃ mediũ sic in q̃rto hui⁹ sapie li. ostẽdimus superi⁹ ⁊c.

¶ Cap. 5m. De habere ⁊ modis eius. Tex. cõ. 28.

Habere aũt dicit multiplr: vno qdez mõ dicit eẽ illud hẽ aliõ q̃ hz ipm ifra terminos sue ptãtis: ⁊ hẽre dicit cõparatio media q̃ est iter habẽs sic ⁊ habitus. ⁊ diuersificat hoc per tres ꝓtias. aut est. n. habere ꝑm genꝰ habit⁹. aut hz ipm ꝑm suã nãm. aut ꝑm ipetum ptãtis: vñ febris dicit hẽre hoiem ꝑm ptãtẽ retinẽdi nãm: ⁊ illa bitudo est cõparatio media a calore inãli ꝓcedẽs ⁊ nãe dominãs: ⁊ eodẽ mõ frigꝰẽt hz hoies ꝑm ptãtẽ nãe: ꝑz ãt ipetũ ptãtis Troiani victores dñr hẽre hilion ciuitatẽ: ⁊ hẽre iterꝰ dicit cõparationẽ tenẽdi a tenẽtib⁹ ad tentũ. Scõm aũt essentiã istius generis dicit vestimẽtũ induti habit⁹: ⁊ est habitus ipse a vestimẽto circũdãte ad eũ q̃ indutus est accepta bitudo siue cõparatio: q̃ qs dicit tunicat⁹ vel togat⁹ vel ca patus vel gñalr indut⁹ siue vestit⁹. ¶ Alio aũt mõ dicit illõ hẽre in quo aliqd eristit sicut in susceptibili mã ⁊ subto: vt es hz spẽm siue figurã idoli siue statue ⁊ corp⁹ hz firmitatẽ. ¶ Tertio mõ dicit hẽre sicut hz ꝓtinẽs ꝓtentũ siue ꝓtineat ipm sicut locus siue ꝓtineat ipm sicut vas: siue ꝓtineat ipm sicut forma. ꝓtẽtũ. n. in aliquo dicit hẽri ab ipo: sicut dicim⁹ lanã hẽre humidũ: ⁊ ciuitatẽ dicim⁹ hẽre hoies: sicut locus hz locatũ ⁊ nauẽ dicim⁹ hẽre nautas: sicut vas hz id q̃ est in vase: sic aũt ⁊ totũ dicim⁹ hẽre ꝑtes sicut forma cõtinet ⁊ hz formatũ. ¶ Cũ aũt loc⁹ hz locatũ est vbi q̃ est ꝑdicamẽtũ in locato cõparatiõe facta ad locũ: ecõuerso aũt est de ꝑdicamẽto habitus: q̃ hoc est in habitu erteriori cõpõne facta ad idutũ. ¶ Ampli⁹ 4° mõ dicit hẽre id q̃ phibet ꝑm ipetũ sue ptãtis aliqd vt moueat se aut operẽt ꝑm nãe siue motũ aut opõnẽ: sicut colũne dñr hẽ siue tenere põderosa supposita: q̃ phibẽt ea ne decidãt: ⁊ hoc mõ hẽ est idẽ q̃ per vim retinẽ sicut in poeticis fabulis athlas dicit hẽre celũ: tanq̃ casurũ sup terrã si nõ hẽat ab ipso: quẽadmodũ ẽt dicũt qdã phisiologoꝰ siue de nã loquẽtiũ q̃ mãz ponũt cãz eẽ solã illi. n. diffusam vndiqz mãm dicũt athlanẽ: ⁊ sua diffusione tenere celũ. ¶ De hoc aũt in principijs motuũ aiãliũ: ⁊ in 2° celi ⁊ mũdi ⁊ in poeticis a nobis dcm̃ est: hoc igit̃ mõ id q̃ ꝓtinẽs est dicit hẽre ea que ꝓtinet: q̃ñ ipm ꝓtinẽs sit separata a ꝓtẽto suba per subm ⁊ locũ: ⁊ q̃ñ ꝓtineat singula que ꝓtinet per ipetũ violẽte ptãtis phibẽtis ipm ꝓtẽtũ ab opõne nãli: sicut celũ athlas phibet a casu: ⁊ gñalr loquendo esse aliquid in alio similib⁹ modis dicit: ⁊ eque cõmuniter cũ habere. Octo aũt modis dicit aliquid esse in aliquo sicut in ꝑbabitis determinatũ est: quecũq̃z aũt in cathegorijs de habere dirimus hic supponuntur.

Mõ q̃lr respect⁹ ipoztat⁹ p vbi differt a respectu ipoztato p hitũ. vide Cõmẽtato rẽ ẽt p hoc in cõmẽto pũti.

¶ Tractatus sextus quinti libri metaphysice qui est de cõsequentibus ens ꝑm modos quibus ens principiatum est ex principijs ꝑm omne genus entis.

¶ Cap. 6m. De modis eius q̃ dicit ex aliquo. Tex. cõ. 29.

Post ea que de generibus entiũ ꝑm modũ eẽndi ꝓsideratis dicẽda eẽ videbanꝰ: determinabim⁹ ea que cõsequunt ens: ⁊ prio de modis pricipioꝰ entis ꝑm q̃ ens ipm ꝓstituũt in his aũt ꝓmuz est: q̃ determiat ipm eritũ pricipiati de pricipio: ⁊ hoc est ex aliq̃ eẽ. hoc. n. dicit gñalr fluxũ pricipiati de pricipio. ¶ Dicam⁹ igit̃ q̃ ex aliq̃ eẽ dicit multis modis: vno qdẽ pricipali ⁊ prio: vt exq̃ aliqd est sicut ex mã hoc aũt duplr dicit: vnũ. n. ex quo res esse dicit est primũ genus subm siue mã prima in gñe aliquo rerum.

Alio

Alio aũt modo dicit eẽ ex aliquo ex mã p vltimã spẽm determinata est prima: ⁊ iõ ppria mã vocat. primi aũt exemplũ est sicut oia fluida siue liq̃bilia dicim⁹ eẽ ex aqua: q̃ aq̃ est pria mã ipsoꝝ. ¶ Scõi aũt exẽplũ est sicut dicim⁹ statuas idoli ex ere: eo q̃ es ppria ⁊ proxima mã est idoli. Alio vo mõ scõo dicit aliqd eẽ ex aliquo sicut ex pmo monẽte: sic aliqñ querẽtes dicim⁹ ex quo est pugna ⁊ rñdemus qñ est ex pulvio eo q̃ cõuitiũ pn'm est pugne. Alio ãt mõ dicit aliqd eẽ ex aliquo fm itẽtionẽ forme ⁊ mãe simul: vt pz in his que fiunt ex cõposito: oẽ enim q̃ est ex illis est in que resolui: resoluit aũt cõpositũ in mãm ⁊ formã: ⁊ hoc mõ iurta hũc modũ ppie resoluit totũ in ptes: ⁊ iõ cõpositus est ex mã ⁊ forma: ⁊ totũ est ex ptib⁹: ⁊ hoc mõ vsus homerici de troiana hystoria fuit ex hystoria ilion ciuitatis: que troia alio noie vocat: ⁊ sicr de domo resoluta sunt lapides: ⁊ iõ domus est ex lapidib⁹. In oib⁹ enim talib⁹ finis est forma totius ⁊ pfectũ ⁊ totũ dicit id q̃ hz iclusum q̃ est forma toti⁹. ¶ Amplius autẽ 4.° mõ dicit aliqd ex aliq̃: sicut ex pn° formali ⁊ ex illo tanq̃ ex pte dicit eẽ spẽs: q̃ est pars eẽ sicut hoiez dicim⁹ eẽ ex bipede siue ex rõnali q̃ est forma: que est pars eẽ: ⁊ hoc mõ syllaba est ex elemẽtis quoꝝ q̃libet est pars eẽ ipsius: cũ syllaba fit cõprehẽsio litteraꝝ idistãter plataꝝ. aliter enim syllaba est ex elemẽtis q̃ statua ex ere: suba enim nãlis est cõposita ex sensibili mã sicut ex mãli pn°. Spẽs aũt est ex spẽi mã: syllaba aũt forma ⁊ spẽs q̃dã est: ⁊ iõ est ex mã nõ sensibili sz ex mã q̃ est mã ⁊ eiusdẽ spẽi: ⁊ hoc est id ex quo cõponit syllaba ⁊ ẽ mãle in ipsa. Quedã igit sic dicit ex aliquo sicut dictũ ẽ. ¶ Alia vo ⁊ quto mõ dicunt ex aliquo sicr fm cãm efficiẽtẽ ⁊ formãtẽ ⁊ mãlẽ: ⁊ iõ dicit ex aliquo fm ptẽ aliquã pinductoꝝ modoꝝ oium: sicut ex pre ⁊ matre existit puer: nõ q̃ ex pte patris fit ⁊ ex pte matris: q̃ spma virtute est tot⁹ pater: ⁊ gutta mtis virtute est tota mater. Sed q̃ puer duo est ⁊ fm ptẽ forme est ex patre fm aũt ptẽ mãe ex matre tota: ⁊ sicr hz nõ oino ẽ ex terra planta q̃ plãta fm aliq̃ sui ptez est ex terra. ¶ Alio vo ⁊ sexto mõ q̃ iter oẽs est min⁹ pncipalis modus dicit aliqd ex aliquo q̃ est post illud: ⁊ in talib⁹ opz q̃ maneat aliquid vnũ: sicut suba vna est in toto tpe: sicut dicim⁹ ex die fieri noctẽ: ⁊ ecõuerso: q̃ nox est post diẽ ⁊ dies post noctẽ tps ẽ enim circulare: ⁊ hoc nõ tñ dicim⁹ pro suba tpis: sed ẽt pro q̃litate: ⁊ hoc mõ dicim⁹ q̃ ex serenitate fit hyems siue tẽpestas. hoc est post serenitatẽ. ¶ Cũ aũt in oib⁹ his nõ cõsiderent nisi duo. s. ipa pncipia fieri siue mutatiõis ⁊ ordo mutatoꝝ: necesse est oia iducta reduci in duo. Alia enim dicit ex aliquo fieri: q̃ trãsmutationẽ hñt adinuicẽ sicut oia q̃ iducta sunt pter modũ vltimũ. Alia ãt dicunt fieri ex hoc: q̃ fm tps solũ sic dicunt: sicut dicimus q̃ ex q̃litate diez tota fit nauigatio: eo q̃ est post eq̃litatẽ estiualez nauigatio tota: qñ mare qescit: ⁊ hut⁹ vsus est in astronomicis: vbi fiunt ordines tales: q̃ in circulo ptodi alius est ordo ex ariete in librã: ⁊ alio ex libra in capricornũ: ⁊ sic in festis deoꝝ dicit q̃ ex Dionysijs sunt tragilia: q̃ sunt post dionysia festa celebrata tragilia. Dionysia ãt q̃ latine iterpretat tenebras extirpãtia fuerũt facta hoium illustriũ ⁊ laudabiliũ: que pmo apud veteres cũ laude celebrabant: tragilia ãt fuerũt facta in eroũ ⁊ seruiliũ psonaꝝ: q̃ postea cũ vitupio vatũ celebrabant: ⁊ iõ tragilia vocata sũt: a trogos q̃ est bircus: q̃ vitupijs insistẽtes fetẽs aial: q̃ erat bircus in remunerationẽ acceperunt.

¶ Cap.z^m. De distinctione modoꝝ partis.

Tex. cõ. 50.

De quo aliqd fit pars est eius q̃ fit ex ipo: ⁊ id q̃ fit ex ipso totũ est q̃ si deficiat in aliq̃ cõstituẽtiũ ipm ẽ diminutũ: ⁊ iõ de his trib⁹ hic p ordinẽ tractãdũ est. pars igit dicit fm q̃titatẽ: ⁊ dicit fm q̃litatẽ siue formã: ⁊ dicit pars fm eẽ que est eẽntialis pars. Pars aũt fm q̃titatẽ dicta est in quã diuidit quãtitas quocũq̃ mõ diuisionis: siue mẽsuret ⁊ numeret totũ siue nõ: semp enim id q̃ auferẽ a q̃titate aliqua finita tota quãtũcũq̃ sit pars illius dicit: sicut duo dñr pars eẽ triũ: ⁊ tria pars qnque: cũ tñ aliquotiẽs sumpte nõ numerent totũ. ¶ Alio vo mõ dñr pars ea que sua tota aliquotiẽs sũpta dimẽsurãt solũ: ⁊ hoc mõ sumit in geometricis pars. Sicut duo sũt pars senarij: ⁊ sicr tria: ⁊ q̃ sic dupliciter dicit pars quãtitatiua: iõ vno mõ duo sunt pars triũ: ⁊ alio mõ pars ipsoꝝ nõ sunt. ¶ Amplius aũt pter ambos preinductos modos dicit pars fm formã siue quãtitatẽ in que diuidit spẽs siue forma aliqua: ea enim in que formaliter aliqd diuidit dicunt ptes ipsius: iõ spẽs dicunt ptes generis q̃ genus diuidit in eas. ¶ Amp. adhuc dicit pars id in q̃ diuidit p resolutionẽ: ⁊ ex qb⁹ cõponit totũ aliqõ: aut spẽs aliq̃: aut aliqs hñs spẽm: sicut dicim⁹ enee sphere vnã ptẽ eẽ es: ⁊ aliã partẽ eẽ spheritatẽ: ⁊ cubi enei vnã ptez dicimus eẽ es: ⁊ alterã cubitatẽ: es enim est mã in qua est tanq̃ in subto spẽs sphere ⁊ spẽs cubi: hui⁹ enim artificialiũ foia ẽ figura. Hoc etiã mõ angulus est pars q̃dã formalis: hz quã dicũt angulũ esse p se vnũ genus q̃titatis discretũ a linea ⁊ supficie ⁊ corpore: quoꝝ rõnes in pcedẽtib⁹ idurim⁹: iz hoc magis ptineat ad geometrã q̃ ad metaphysicũ ostendere. ¶ Amp. qnto mõ dñr pars q̃ sũt in rõne diffinitiua que diffiniẽdo oñdit vnũqõq̃ p terminos sui eẽ subalis: illa enim etiã dicunt ptes eẽ toti⁹: ⁊ diffinitũ dicit quodã totũ ppter q̃ etiã genus dicit esse pars spẽi: q̃ est pars eẽ ipsius ⁊ est qd ipsius spẽi sicut subm in eẽ ipsius. Differẽtia aũt dicit pars altera ipsius spẽi: ⁊ est quale qd in ipsa. ¶ Alio aũt mõ dicitur spẽs pars generis q̃ est pars ptãtis ei⁹. Genus enim diuidit in spẽs sicut i ptes ptãtis sue. Genus aũt vt substituẽs eẽ ipsius spẽi est pars ipsius. Ex iductis igit pz ptẽ eẽ triplẽ eẽ in gñe q̃titatiuã. vz. ⁊ ptãtiuã ⁊ eẽntialẽ: eẽntialẽ aũt duplicẽ fm viã cõpõnis rei ⁊ fm viã rõnis. Scõm q̃titatẽ aũt pars dicta ẽt dicit: ⁊ dupl'r pars vt pz ex pinductis: pncipalis aũt modus partis est scõs modus: quo dicit pars que aliquotiẽs sumpta reddit totuz: ⁊ sub hac rõne correlatiua sunt adinuicẽ pars ⁊ totũ: q̃ totũ nõ est nisi finitũ ptib⁹: fm primã aũt acceptionẽ ptis dicit pars toto minus: ⁊ totũ pte maius: iste aũt partis ⁊ toti⁹ diffõnes nihil diffinitũ ⁊ determinatũ demõstrãt. ¶ Igitur hoc de modis ptis dicta sint a nobis: ptes enim sine q̃titate nõ ita ppie dicim⁹ partes: ⁊ hoc pz q̃ illaꝝ quelibet hz rõnẽ toti⁹: ⁊ non tñ ptis: q̃ spẽs est totũ gen⁹ fm eẽ: iz nõ fit totũ ipm fm ambitũ sue ptãtis: genus. n. fm totũ suũ eẽ ⁊ nãm saluat inqualibet spẽ: sicr ãt genus est totũ esse ipsius spẽi fm potẽtiã: ⁊ dicit est totũ esse ipsius fm actũ: ⁊ sicr etiã in partib⁹ essentialib⁹ fm realem cõpositionẽ acceptis: q̃ mã est totum in potẽtia: ⁊ forma est totũ in actu: ⁊ iõ istis modis nõ ppie pars est minor toto: neq̃ totum propie maius est sua parte.

¶ Cap.3^m. De distinctione modorum totius.

Tex. cõ. 51.

Otũ aũt q̃ fit ex aliquo dicit multis modis. ⁊ vno qdẽ mõ ⁊ primo ⁊ pncipali dicit totuz qõ idẽ est q̃ pfectuz cuius. vz. nulla pars abest ex qb⁹ est sicut se cõstituẽtib⁹: aliqua enim nõ cõstituẽtia pncipl'r pñt abesse: ppter q̃ etiã distinguit per ptes pncipales ⁊ partes secũdarias. hoc igit mõ pncipaliter dicit totũ: ⁊ iter scõo mõ dicit totũ nã siue per nãm formalẽ: eo q̃ forma primo mõ dicta est nã ⁊ pncipal'r: hoc aũt nã est cõtinẽs cõtenta: que in pluralitate aliqua cõsistũt terminata ad vnũ cõtinẽs: pp q̃ ẽt vnũ sunt oia illa cõtenta. hoc aũt totũ q̃ sic ab vno multa cõtinẽte totum dicit duos hz modos. Aut enim est sic vnũ cõtinẽs multa: sicut vnũq̃ q̃q̃ singulare designatũ est vnũ multitudinez in se claudẽs partiũ: ⁊ hoc est q̃ totũ integrale vocat: aut sic est vnũ q̃ est ex his que cõtinet vnũ: ⁊ hoc vocat totuz vle: siue vt qbusdã placet vniuersum. hz enim ipsa nã vniẽs multa nõ fit ex eis que vnit: tñ totalitas eius siue vniuersitas siue vniuersalitas accidit ei put aliquo mõ est ex ipsis. Oẽ enim totũ hz hoc: q̃ est aliquo mõ ex ptib⁹: hoc aũt in sequẽtib⁹ doctrine istius eiusdẽ libri clare pbabit: vbi nãm vniuersalitatis inuestigabim⁹. Omne enim qõ vlr dicit: ⁊ similr oẽ qõ dicit totaliter dictũ est tanq̃ vnuz aliqd ens: q̃ vnit multa: ⁊ hoc q̃ sic vnit est totũ qõdã vle quasi multa pinẽs vel actu vel potentia: pdicat enim de vnoquoq̃ ipsoꝝ: ⁊ ea de qb⁹ pdicat sunt oia vnũ: tanq̃ ipm vle pdicatũ sit vnũqõq̃ ipsoꝝ: sicut hõ equus ⁊ deus fm stoicoꝝ opionẽ ⁊ epicureoꝝ q̃ deos aiata corpora esse dicebãt: fm hoc enim oia hec sunt vnũ vniẽs ea: eo q̃ ista oia sunt aialia: cõtentũ vo ⁊ ifinitũ est itra formã totius: sicut qñ vnũ aliqõ totũ est ex plurib⁹: que isunt itra formã totius cõtenta: ⁊ illa que isunt plura qdẽ sunt aut pfectiõe partiũ: sicut est in etherogeneis totis in qb⁹ sunt diuerse forme pficientis: vt forma ossis ⁊ nerui ⁊ carnis ⁊ hmõi: si vo nõ fuerint pfectiõe differentes: tñ sunt differẽtes iter se potentia siue ptãte: q̃ alia est ptãs

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

vnius: ⁊ alia potestas alterius: sicut est in his quor partes nō multū differūt ꝑm formā: sicut in plantis est in qb⁹ ⁊ radix ⁊ stipes ⁊ ramus ⁊ virga: lignū est: vel olus: ⁊ tñ differētes hñt ptātes. Si nañt sic nō differūt: tñ differūt ptāte maxima sicut in his quor est vna ptās in oib⁹ ptib⁹: ⁊ opz tunc vt origo illi⁹ ptātis sit originaliter ex vno q̄ est loco cordis in oib⁹ talib⁹: sicut est in qbusdaz ostreis que homogenia ⁊ in suba ⁊ ptāte eē vident: nō tñ oia q̄ sūt in ipsis sunt ptātis maxime. Si nañt adhuc: ⁊ i hoc nō differūt tñ differūt onerigia que est idē q̄ opatio iterior hoc est opatiōe q̄ ab interiori pn⁹ ꝓcedit. Alia enīz est opatio vni⁹ ⁊ alia opatio alterius: qm̄ vna trahit ⁊ alia dirigit ⁊ z. vnit: ⁊ sic de alijs opationib⁹. he enīz opatiōes diuerse sunt inquātūcūq; ſlibus corporib⁹ que toti⁹ hñt rōnē: horr aūt oium totor magis sūt distincte pluralitatis ea que sūt nālia q̄ illa que fiunt ab arte: sicut ēt dicim⁹ in vno q̄ nāliter vnū magis est vnū: q̄ id q̄ est vnū p artē: ⁊ hoc est dictum tanq̄ totalitas existat p rōnē vnionis alicuius: ea enīz que sunt vnū vel totū p artez lz forte figura differāt mēbra tñ formaliter p essentiā nō differunt: neq; ēt differūt essentiali opatione. sic igit tripliciter dicit totū pfectiōe integritate ⁊ vniuersitate.

¶ Cap. 4m. De diā toti⁹: ⁊ vniuersi q̄ min⁹ ꝓprie dr oē.

Ser. cō. 51.

Amplius aūt obseruādū in diā totius integri q̄ vere totū dicit: ⁊ diā vniuersi q̄ magis ꝓprie vocat omne siue vniuersum q̄ in oibus illis que sunt q̄ta q̄titate ipsor hñte pn⁹m ⁊ medīū ⁊ vltimū quor diam in ptib⁹ nō facit porētia nālis ptiū qua vna sit supra: ⁊ altera infra ⁊ vna intus ⁊ alia extra ⁊ sic de alijs positionū differētijs magis dicit oē siue vniuersuz: in oib⁹ aūt illis in quor ptibus ꝑm aliqd positio facit diam: ⁊ ꝑm aliqd nō facit dñr ꝑm diuersaz rōnē: ⁊ oē ⁊ totū siue vniuersuz ⁊ totū. Dirim⁹ aūt in ꝓcedētib⁹: q̄ in etherogeneis positio facit diuersitatē i his enīz aliq̄ pars p nāz est itra: ⁊ aliq̄ extra ⁊ supra: ⁊ infra: ⁊ dextra: ⁊ sinistra: ⁊ ante ⁊ retro: ⁊ iō tota illa dicunt ꝓprie sicut sunt aialiū corpora: in his enīz que sūt homogenea per totū suba ⁊ opatiōe: nō est positio faciēs diam: nisi p accās sicut dirim⁹ supius ex hoc: q̄ visus vel tactus vel extimatio vel vicinitas alicui⁹ segregat vnā ptē ab alia: ⁊ illa magis ꝓprie dicunt vniuersum siue omne: qr vniuersuz est vnū versum in oia: ⁊ distributio totius vlis est eius q̄ p vnā rōnez est in oib⁹ partib⁹: in oib⁹ aūt illis in qb⁹ ptiz qdē positio facit mutationē ⁊ partim nō. In his dicit totū ⁊ omne: sicut in his in quor pōne partiū diuersa est figura: ⁊ tñ vna suba ⁊ eadē opatio: sicut est pix ⁊ cera ⁊ vestis: positio enim in his trāspōsita mutat figurā exterior: sed suba formalis manet eadē: ⁊ iō dicunt illa ⁊ tota ⁊ vniuesa recipiētia ⁊ totū ac oē: aqua vo ⁊ quecūq; sūt humida spēs aque existētia: sic vinū ⁊ liscinia: ⁊ hmōi ea que sunt nullo mō in ptib⁹ variata dñr vniuersum: ⁊ oē qdā: ⁊ similr numerus dicit vniuersum ⁊ omne: eo q̄ numerus nō ē nisi vnitates aggregate que oēs vni⁹ sunt forme: hoc igit nō dicunt tota: qr nō dicit tota aq̄ vel totus numerus: nisi ꝑz metaphorā. Si. vz. fiat distinctio situs per accidēs in partib⁹: sicut in antehabitis determinatū est. Omne vo dicit in his in qbus est ⁊ vniuersuz similiter: quādo est ⁊ in vno quodā vniēte omnia ita q̄ sit in his que ꝓtinet sicut in qbusdā diuersis specie vel numero: sicut dicimus ois hic numerus: ⁊ oēs hee vnitates significātes vniuersum numer: ⁊ vniuersas vnitates: omne enim ⁊ vniuersum idē dicim⁹ hic igitur de toto dicta sint a nobis.

¶ Cap. 5m. Et est di. de. quot modis dicitur vniuersale.

Oportet aūt nos hic digressionez facere vt vlis nām cōsiderem⁹: qō iā vniuersuz q̄dā eē dirimus. Et hic enīz faciliter erit doctrina taz ꝓcedētiū q̄ sequētiū: qr aūt subtiliter vlis nām ingrere intēdimus ꝑmo quot modis vlr dicit distinguem⁹: ⁊ vnde ortuz hēat vlr ostendemus.

Vlr q̄tuor modis dicitur.

¶ Dicimus igit vlr q̄tuor modis dici ꝓprie ⁊ hoc q̄cunq; mō dicat trib⁹ modis vel q̄tuor cōsiderari. Dicit enim vlr actu ⁊ potētia ⁊ nā ⁊ opione. Actu aūt idem est q̄ actu eē de multis ⁊ in multis ꝑm eē nō diuisum ab illis: sicut hō: potēria tam in arte q̄ in nā sicut domus octāgula que forte nulla est: sed tñ pōt eē vel corp⁹ regulare viginti bassū. ita ēt in nā ꝓpter renouatiōes figurar celestiū nihil ꝓhibet aliqd fieri q̄ nō est: q̄ si eēt saltarek in multis ⁊ eēt vlr. ¶ Vlr aūt nā est sicut id q̄ quātū de se ⁊ nām suā est vel pōt eē in multis lz aliqd ipediat ipm: q̄ nō est de nā sua: sicut sol: qm̄ nā sue forme nō ꝓhibet eē de multis ⁊ in multis: sed hoc ꝓhibet mā in qua est: que tota est pfecta p formā: ⁊ iō forma nō multiplicat: qr forma nō multiplicat nisi p māe diuisionē: ⁊ sic est de luna ⁊ de oib⁹ stellis alijs quar quelibet in specie ē vna nō multiplicata p numerum. ¶ Vlr aūt ꝑm opionē q̄dā dicit vlr nō tñ vere est vlr: ⁊ hoc est qñ aliqd ꝑz sui qdē nām est icōmunicabile eē multis. putat tñ cōicabile esse iō q̄ ptes eius vel opatiōes a qb⁹ nomē accipit sunt cōicabiles. Et ꝑmi qdē erēplū est mūdus q multiplicari nō pōt ꝑz sui nāz tñ qr ptes plures cōicabiles sunt. Multi putauerūt multos eē mūdos: cū tñ mūdus ipso noie dicat pfectionē q̄ multiplicatiōi ꝓdicit sic oñdim⁹ in p⁹ de celo ⁊ mūdo. Sedi aūt erēplū est deus cui⁹ opatiōes sunt ꝓuidere ⁊ gubernare ⁊ hmōi: ⁊ qr ista cōicabilia sunt multis: multi putauerūt deū eē q̄dā vlr q̄ ꝓdicat de multis: cuz tñ nā diuina dicat q̄dā incōicabile simpler: ⁊ primū ⁊ soluz. ¶ His ergo modis cū dicat vlr ante rem. vz. ⁊ in re ⁊ post rez: ⁊ in rōne vniuersalitatis. Ante rem aūt dicit vlr dupliciter: cū enī oia sicut iam multotiēs dirim⁹ sint in itellectu prime cause sicut in formali ⁊ primo lumine: ⁊ ipsa sit hoc mō forma oiuz: que tñ sūt in ipsa vita ⁊ lux: eo q̄ hec est vita q̄dā existētib⁹ oib⁹ ⁊ est lumē ois notitie ⁊ rōnis oium. Direūt tā stoici q̄ peripatetici hui⁹ causas: vlia esse prima ⁊ rōnes ⁊ formas q̄ oium sūt forme vlr ꝓhabētes ⁊ imāliter ꝓhabētes: ⁊ simplr hñtes oium apud se rōnes. Cōceptus aūt ⁊ notio vlr hñs ⁊ simplr ⁊ imāliter vocat vlr. Hoc igit mō acceptuz vlr hz q̄dā eē spāle: q̄ est eē cause itellectualis hoc mō quo lumē intellect⁹ eius est forma rer a se fluentiū p itellectū vlr agētem ⁊ facientē existētias rer. ¶ Alio aūt mō dicit vlr: ante rem nō tpe sed suba ⁊ rōne: ⁊ hec est forma aut cā formalis accepta cōstituens eē rei. Actus enīz talis forme: ⁊ ꝓprius effectus est eē in omni eo q̄ est: hoc aūt cū indifferens sit in oibus que sunt eiusdē speciei vel forme ⁊ quātuz est de se sic indiuisum hz vnā ad oia vel multa relationem: ⁊ sic accipit vlitatis quādā nām ⁊ rōnez: vlr aūt q̄ dicit esse in re est eadem forma ptiipata a multis actu vel potētia: ⁊ hec qdez dicit vlis eo q̄ de se semper est cōicabilis ⁊ ꝓpagabilis in multa er vno: ꝓpter qō etiā gen⁹ vno mō dicit vnū er quo est ꝓpagatis oiuz alior: vlr aūt qō est post rez est forma in esse abstractionis: ꝑm q̄ dicit q̄ experientia facit vlr ⁊ memoria: sicut nos in ꝓncipio hui⁹ doctrine docuim⁹. ¶ Esse aūt vlis in rōne vlitatis est sic accipiēdū. In vli qdez aliud est id q̄ est ipm vlr: ⁊ aliud est vlitas siue vniuersitas ipsi⁹ sicut in hoc vli hō aliud est ipsa nā que homo est: ⁊ aliud est cōitas ipsius siue cōmunio: qr ipm in se nec vnū est qō multitudini ꝓdicat vel multitudini opponat: nec multa est qua multitudine opponat vnitati solius: ⁊ iō hoc mō dicūt Auicēna ⁊ Amihamidin: q̄ vlr nec ē vnū nec ē multa: vniuersalitas aūt ipsius que magis ꝓprie dicit vniuersitas est ex respectu sui ad supposita: qua respicit illa sicut vniens: ⁊ iste respectus est vniuersitas: quānis forte tñ sit in vno: qr non vnū vt vnuz nec multa vt plura siue multa sic respicit: neq; finita vt finita neq; infinita: sed respicit vt vniuersum iesse omniū: ⁊ ideo hoc modo est vniuersum: ⁊ pz q̄ in rōne huius vniuersitatis aliud hz esse q̄ sit eē eius ante rem vel in re vel post rez acceptū. Igit isti sunt modi vlis ⁊ nō totius sicut in sequentibus erit manifestum.

Quo eē vlis i rōne vlitatis ē accipiēdum.

¶ Cap. 6m. Et est digressio declarās originē ⁊ cām vlis.

Rigo aūt vlis: ⁊ cā dupler est: vna qō prima ⁊ altera cōiuncta ⁊ quasi causata. Origo qdē prima est: qr ois talis nā ⁊ forma est lumē qōdaz intelligētie ꝓcedens in suba. In prehabitis ār dirimus ⁊ in sequētib⁹ ostendemus: q̄ ois itelligentia lumine suo ambit totā illaz mām quā mouet motu sphere sue: ⁊ iō necesse est q̄ lumē suū toti illi vniuersitati sit cōicabile: ⁊ cū forma sit lumen itelligētie agētis: ⁊ lumē ipm sit hypostasis ⁊ radir ei⁹ er illo hz vlr q̄ vlr esse pōt qr er hoc ad plura hz cōicabilitatez. ¶ Amp. vlr in gne nō hz nisi dupler eē: separatū. vz. ⁊ pticipatū cū hoc aliqd: cōstat aūt q̄ er hoc q̄ est participatuz cū hoc aliqd nō hēat cōmunicabilitatē:

Que sit ꝑma origo vlis.

cõmunicabilitatẽ: hz igiẽ ex hoc q̃ ẽ separatũ: p̃mũ aũt eẽ separatũ q̃ hz est in itellectu agẽte ambiẽte mãm: ex hoc igiẽ ⁊ nõ ex alio hz cõicabilitatẽ. ¶ Dicet aũt fortasse aliquis q̃ cõicabilitatẽ hz ex hoc q̃ cõparat plurib⁹ actu vel po⁹ plura erũtib⁹: sed hoc oino est absurdũ. Nõ eni cõparatio qua cõparat plurib⁹ cã est eius q̃ p intell'm est ante hmõi cõparationẽ: nihil aũt cõparat plurib⁹ nisi q̃ est cõicabile. Cõicabilitas igiẽ cã est q̃ cõparat plurib⁹ ⁊ nõ cãta a tali cõparatiõe ad plura. Cũ igiẽ nihil sit primũ ambiẽs multa informãda ab ipso nisi itellect⁹ agens: q̃ forma aliq̃ ambiat multa per cõicabilitatẽ sui ad ipsa hz ab itellectu p̃mo agẽte cui⁹ ipsa lumẽ eristit: ⁊ iõ dirim⁹ in scia de itellectu agẽte: q̃ ipsa est ad ea q̃ ambit sicut ars ad mãz: hec igiẽ est p̃ma radix vltatis in oib⁹ que vltia sunt. ¶ Cãm autẽ hz vlẽ sue vltatis cõiunctã: ⁊ hoc est q̃ ip̃m facit eẽ de multis po⁹ vl'actu: hec aũt est cõparatio ad multitudinẽ eoꝝ quoꝝ eẽ est id cui accidit vlẽ eẽ: quãuis eniz forte nihil talũ sit ip̃m: tñ aptitudinẽ hz suũ esse ꝓsequẽtẽ q̃ oibus talib⁹ suppositis cõpareẽ: ⁊ hec aptitudo facit ip̃m vlẽ: lz aũt habeat hoc in itellũ erũs ⁊ nõ hẽat ip̃m extra itell'm in re eristẽs: tñ nõ hz p hoc q̃ in intellectu est: neq̃ ẽt hz hoc p hoc q̃ est in re ipsa. in re autẽ eristẽs hz esse reale ⁊ hoc ꝓpriũ est p idiuiduãtia q̃ accidũt ei in re ipsa: ⁊ sic nullo mõ hz eẽ in plurib⁹ potẽtia: vel q: sic vlẽ ẽm vnũq̃ q̃ est alterũ ⁊ alterũ sicut in primo de aia dirimus. In itellectu aũt eristẽs est separatũ ⁊ ab esse q̃dẽ separati nõ hz cõparari plurib⁹ vel respectũ vltatis lz nõ hẽat euz nisi separatũ. Separatũ eni est p hoc q̃ accipit nõ ꝓiunctũ: ⁊ nõ cõiunctũ eristẽs ad hoc q̃ accipiat vniuersi rõnẽ opz q̃ accipiat ad multa de qb⁹ est relationẽ: a tali igiẽ relatiõe hz vniuersi rõnẽ: ⁊ iõ vlẽ duob⁹ cõstituit nã. vz. cui accidit vltas: ⁊ respectu ad multa q cõplet illã nãm in rõne vniuersi. ¶ Dubitabit aũt fortasse aliqs de his q̃ nullã subiectã hẽt suppositoꝝ multitudinez: an ipsa ad multa referunt: videẽ enim ad multa nõ referri q: multitudinẽ nõ hz ad quã referat. ¶ Sed ad hec ⁊ his similia p antedicta pz rñsio. sufficit eniz vlẽ in eo q̃ est vniuersuz q̃dã q̃ ip̃m de se ambiat multa siue illa sint siue nõ sint dũmõ sint de potẽtia sui ambitus: sicut pz in forma solis que de nã sui ambit⁹ ⁊ ptãte multa ambit: lz nunq̃ ꝓcedat in actuz hmõi multitudo. Sicut enim ars ⁊ itellectus agẽs multa ambiũt de ptãte sua q̃ quis forte nunq̃ aliq̃d eoꝝ q̃ ambiũt ꝓcedat in actuz. Hoc igiẽ de origine vltis ꝓut ip̃m vlẽ est tñ dictũ sit a nobis.

Vlẽ duob⁹ cõstituit. vide p hoc Auer. 7. meta. cõ. 46.

¶ Cap̃. 7ᵐ. Et est di. de. nãm ipsaz q̃ est vltis: ⁊ accñs genera ipsius p q̃ efficit in aia ⁊ in reb⁹ ⁊ vnũ ⁊ multũ: ⁊ cõe ⁊ ꝓpriũ p que oia concludit ipsius differẽtia totius ⁊ vniuersalis.

Natura autẽ illa que est vlẽ simpler nã est ẽm se ipsaz eristẽs ex suis cõstãs diffinitibus: aut si ipsa est primũ diffinitẽs: tũc ipsa cõsistit absoluta in sua qdditate: ⁊ nõ accipit cõiuncta alicui ꝓterati vel accidẽti vel respectui q̃ cõsequũtur eẽ suũ: sicut si dicamus q̃ hõ ẽm ip̃m q̃ hõ est vel q̃ est hõ: sic. n. nõ pẽdet eẽ suũ ex itellũ eẽ vel in suppo sito eẽ: q: hz hoc nihil ẽ de eẽ suo: q̃ nõ igredit in suã rõnez diffinitiuã: ⁊ iõ hoc mõ: neq̃ ẽ ꝓpriũ neq̃ cõe neq̃ vnũ neq̃ multa: q: nihil hoꝝ est i rõne diffinitiua q̃ quis nõ repugnet quin q̃libet istoꝝ ꝓueniat ei p aliq̃d adiunctũ nãe sue siue subẽ. Accidit ei eniz eẽ in hoc ⁊ in illo ⁊ p hoc efficit ꝓpriũ. Accidit enim ẽt eidẽ referri ad multa: ⁊ p hoc efficit vlẽ sine cõe: accidit ẽt eidẽ esse separatũ: ⁊ p hoc efficit itelligibile: accidit ẽt ei terminatũ eẽ ⁊ indiuisum: ⁊ p hoc efficit vnũ: ⁊ accidit eidẽ adhuc diuidi p mãe diuisionẽ ⁊ per hoc efficit multũ. ¶ Si q̃ q̃rat a nobis. Cũ hõ hz id q̃ est hõ accipit. Utrũ sit cõe vel ꝓpriũ vel vnũ vel multa: dicimus q̃ ẽm q̃ hõ est hõ nihil est hoꝝ q: nihil hoꝝ diffinit ipz. ¶ Sed oia hec cõsequunt eẽ ipsius: si aũt sic querit vtrũ hõ in eo q̃ hõ est: sit vnũ vel multa: vel cõe vel ꝓpriuz dicimus q̃ locutio duplr intelligat. tũc dicimus sicut prius q̃ hõ in eo q̃ hõ nihil est illoꝝ: sed potius in eo q̃ hõ est aial est rõnale. Si aũt hõ in subto sit ⁊ esse p̃dicet: tũc sensus est hõ in eo q̃ est hoc est in eo q̃ hz esse: cũ eẽ multipliciter dicat nihil ꝓhibet tũc hoiem in eo q̃ est vnũ vel multa esse cõe in re. Cũ aũt dicit hõ est hõ ⁊ hõ in eo q̃ est hõ est hõ nõ aliud esse iportat nisi q̃ est ex diffõne: ⁊ iõ si oino simpler talis nã accipiat nõ habebit diffinitionẽ: ⁊ in talibus idẽ querit per qõnez an est ⁊ p qõnem qd est ⁊ tale nec vere vnũ nec vere multa est neq̃ cõe neq̃ ꝓpriũ sicut est in cã prima. ¶ Hoc igiẽ mõ accepta nã ẽm se vere est cã eoꝝ quoꝝ illa nã est: ⁊ hoc mõ ẽm nãm est ante rem ipsaz: sicut aũt dirimus vlẽ lz ab hoc q̃ est i itellectu nõ sit vlẽ nõ est tñ vlẽ nisi ens in itellectu: ⁊ hoc ꝓbatur sic: hoc eniz mõ est vlẽ: prout accipit vnũ de oib⁹: vnum aũt de oib⁹ nõ est in esse q̃ hz in reb⁹: q: sic vni ⁊ eidẽ rei accideret multe indiuiduatiões: vel oẽs q̃ẽ esse non põt. Opz igitur q̃ sit vnũ de oibus: prout vnũ est separatũ ab oibus: hmõi aũt sit per itellectum cuius ꝓbatio hec est. Due eniz forme eiusdẽ speciei in vno ẽm idẽ inesse nõ possunt. Accipiat ergo hõ a sor. ⁊ accipiat a platone sine oib⁹ indiuiduãtibus: aut sunt due forme aut nõ: si sint due ⁊ ẽm idem sunt in itellectu: tũc due forme eiusdẽ speciei insunt eidẽ q̃ iã dirimus impossẽ. Si aũt sunt eadẽ: tũc eadẽ rõne de oib⁹ indiuiduis acciperet idem: igiẽ idẽ q̃ in itellectu est vnũ ⁊ idẽ q̃ tñ est de multis sic igiẽ nõ est vlẽ nisi dum intelligit: ⁊ hec est veritas. Lz q̃dã ex sola ignorãtia pbie hoc negãt. ¶ Est aũt hic q̃dã aduertẽdũ valde notabile. ex quo eniz vna ⁊ simpler est nã que ẽm se neq̃ est in itellectu: neq̃ i reb⁹: hec pro certo quãtũ est de se est vna vbiq̃ ⁊ semp: ⁊ p hoc q̃ est in aia nihil hoꝝ amittit: nõ enim p aliud est in itellectu nisi per hoc q̃ est esse separatũ ⁊ hoc nõ opponit alicui dictorũ: in itellectu igiẽ eristens nõ videẽ esse singulare lz hoc dicat Auic. nõ enim est in eo sicut in subto oino sicut alibi ostẽdimus. Uideẽ igitur in ipso sicut vbiq̃ ⁊ semper: ⁊ tũc nõ erit aliud in vno ⁊ aliud in alio. De his aũt alibi: ⁊ p̃cipue in libro de pfectione aie determinatũ est: ex iductis aũt quo ad ꝓpositã intẽtionẽ est hoc accipe q̃ nã illa cui accidit vltas in se est vnũ qd: ⁊ ẽm q̃ accidit ei cõpari ad multa est vniẽs multa ⁊ esse ipsoꝝ. ¶ Et ex hoc accipit differentia totius ⁊ vltis: qm̃ totũ ex hoc q̃ est totũ nõ est nisi in reb⁹ significatis singularib⁹: vlẽ aũt ex hoc q̃ vlẽ nõ est in ipsis. ¶ Adhuc ãt totũ ex hoc q̃ est totũ numerat partib⁹ suis: ⁊ quelibet ptiũ est aliq̃d subsãtie ipsius. Ulẽ aũt nec numerat ptibus: nec sunt ptes aliq̃d de suba ipsius: adhuc aũt nã totius nõ cõstituit ptes suas sed nã vltis ꝓstituit oẽs ptes suas: totũ enim ꝓstituit ex suis ptib⁹: vlẽ ãt ꝓstituit suas ptes ⁊ nõ ꝓstituit ex ipsis: ⁊ iõ totũ nunq̃ põt fieri pars ptis sue: sed vlẽ q: cõstituit ptes suas põt fieri pars essentialis sue ptis. ¶ Amp̃. totũ nõ est totũ vniculq̃ parti hz se: vlẽ aũt totũ est cuilibet parti ẽm se. ¶ Amp̃. totũ nõ est totũ nisi ptib⁹ p̃ntib⁹: vlẽ ãt est vlẽ p̃sentib⁹ ⁊ absentib⁹. ¶ Amp̃. totũ est totũ finitarum partiũ: vlẽ autẽ respicit partes ifinitas vel non finitas q̃ totũ est de se. hec igitur de vniuersali sint sic dicta.

Ulẽ lz ab hoc q̃ est i itellũ nõ sit vlẽ: non est tñ vlẽ nisi ens in itellũ.

Que est cã cõiuncta vltis.

Cõicabilitas cã ẽ q̃ vlẽ plurib⁹ cõparat ⁊ nõ ecõtra.

Idem asserit Auic. i. 5. sue meta. cap̃. 5. Egnitas ẽ tñ egnitas ⁊c.

Que dãa est iter totũ ⁊ vlẽ.

Uide cõ. 19. tertij de aia.

¶ Cap̃. 4ᵐ. De eo q̃ dicit colobon q̃ quidẽ toti opponit.

Habita dãa totius ⁊ vltis facile est scire qd ẽ diminutũ ẽm q̃ opponit toti in eo sensu quo totũ idẽ dicim⁹ q̃ pfectũ: hoc igiẽ greci significãtes dicũt colobon: q̃ sonat diminutũ mẽbrũ: sed mẽbrũ generaliter vocat pars que determinat ftũ aliquẽ in toto et herogeneo: q̃ proprie totũ vocat. ¶ Dicit eni Colobon eẽ de numero q̃titatũ nõ q̃tũlibet: sed poti⁹ illud q̃ est colobon opz esse quãtitatẽ que suo noie ⁊ ftu fit, partialis: ⁊ suo noie fit totũ continẽs ptes tales multas: ⁊ hoc est q̃ẽ et herogeneũ totũ cuius pars aliq̃ trũcata est totũ nõ destruẽs: ⁊ hoc est q̃ nos ꝓsue uimus vulgariter vocare mutilatũ: lz nõ ꝓprie: q: mutilatũ est amputatũ naso: si eniz duo diuidant ⁊ altera vnitatũ auferat ab altera nõ est colobon: q: neutrũ est pars alteri⁹: in colobon aũt amputatũ oz eẽ ptez ⁊ diminutũ siue mutilatũ: siue colobonũ opz eẽ totũ. Nunq̃ eniz colobonũ est eq̃le relicto ex amputatiõe: ⁊ vlr nullius q̃titatis nũerus detrũcata aliq̃ pte ipsi⁹ ex hoc nõ efficit colobon⁹: i colobonij s eniz subam formalẽ q̃ est spẽs opz manere post ptis detrũcationez: pte aũt aliq̃ a quolibet numero amputata resultat alia numeri spẽs: tã in trũcato q̃ in diminuto: ⁊ hoc est sicut si dicamus q̃ cllr siue archa est coloba: tũc eni post trũcationez adhuc manet archa lz sit aliq̃ parte diminuta. Numer⁹ aũt sicut dirim⁹ dẽpta aliq̃ pte nõ manet idẽ. ¶ Adhuc ãt q̃ dicta sunt opz addicere q̃ illa sunt coloba proprie que sũt partium dissimiliũ: sicut dirimus: aut ẽt neq̃ hec oia que dicta sunt sufficũt adesse colobi. Numerus enim est vt dirimus

Tex. cõ. 32.

nō est colobon ꝗuis dissimiles bēat ptes: vt dualitatē ⁊ trinariū. Sed gñaliter dicemus ꝙ nullū taliuz totoꝝ est colobon cui⁹ ptiū situs ipso noie ptiū nō facit totoꝝ dīaz: sicut man⁹ q̄ suo noie dicit pōnē extrinsec⁹ in latere: ⁊ oculus suo noie dicit pōnē supius: ⁊ cor suo noie pōnē interius: ⁊ sic de alijs sicut supius determiatū est: ⁊ iō homogenea sic aq̄ ⁊ ignis ⁊ bui⁹que in ptib⁹ nō hūt pōnez nisi p accñs nō sunt colobia si diminuanť: ea enīz que dicūr colobia: opz talia eē q̄ in suba ptiū p se bēant pōnis dīaz. ¶ Amp̄. cū oib⁹ iductis opz ꝗti tatē eē cōtinuā partiū eo mō quo ꝗtinuū dicit colligaruz ad vnū p nāz vel p artē: aliq̄ enīz q̄ sūt dissimiliū ptiū hūt ēdā armoniā: ⁊ nō ꝗtinuationē: ⁊ in cōpositiōe illa hūt cōpositorū pōnez ꝙ vnū est extra ⁊ aliud itra: ⁊ tū illa nō sunt colobonia: qz nullū diminuit er allo cū oia distincta sint abinuicez ꝑm suas totalitates: ⁊ nullū eoꝝ cōtinuū cū altero. Ad hoc aūt que dicta sūt opz scire: ꝙ nō quelibet tota ꝗtinua dicuntur colobonia: ⁊ ea tota q̄ colobōia dicūr: nō sortiunť hoc nomē cuiuscz pticule p̄uatiōe. Si enīz auferanť ea q̄ nō sūt ꝓpria sube sicut ab aue plume vel pili ab noie: nō dicūr colobonia pp taliū priuationē: hoc eni sunt nō de eē totī ꝑm ꝙ totū sz q̄dā supflua que recrescūt ablata: ⁊ si nō recrescūt hoc est p accñs in qbusdā. Adhuc aūt etiā si sunt ꝓpria sube totius tū nō adhuc dicūr colobonia: si auferať aliqd vbilibet: i tali eni loco pōt eē positū in toto qō ablatū nō diminuit sed destruit totū: ⁊ in tali loco pōt esse ablatū ꝙ est de influētib⁹ ⁊ effluētib⁹ ꝑm nām: que nō determinat aliquā ptē que positionis determinatā bēat dīam in toto: ⁊ hoc est sicut si dicamus: ꝙ cilir siue archa pforeť in fundo: nō eni er hac pte pōnez hūte diminuit: sed pars aliq̄ ledit in ipa archa. Sed colobō siue colobonīuz vocať si auris amputať ab aiali siue oculus aut extremitas aliq̄ pedū vel manuū: er hoc enīz nō destruit aial ꝑm subaz: sed manet adhuc aial lz trūcatū vel mutilatū: hoc tū totū nō dicet colobonīuz si qs ab eo priuet carnē aliquā: qz caro est pars ꝑm nāz influēs ⁊ effluens nō determinās situ in toto ꝑm pōnis spālez dīam. nec est colobonīū si diminuať coꝝ aut splen aut epar: qz illa sūt itra ⁊ priuata destruūt totū: ⁊ iō illoꝝ subtractio iterfectio est ⁊ nō diminutio: ⁊ iō nō dicit colobonīū nisi diminuat extremitatez aliquā que est de ꝓpria suba totius: ⁊ qua ablata nō destruitur totū. Adhuc aūt nō ꝓpter oēm ablationē cuiuslibet extremitatis dicit colobon sz opz ꝙ priuatū nō recrescat. Alter enīz eēt de influētib⁹ ⁊ effluētib⁹ ꝑm nām: ⁊ qz opz colobonīū diminutū eē in aliquo qō est de ꝓpria suba toti⁹ iō calui nō sunt coloboni. Sic igit pz ꝙ colobon cuidā toti accidit: ⁊ nō omni nec accidit vti ꝙ suas ꝓstituit ptes ⁊ saluať i quolibet eoꝝ: ⁊ id qō est totuz pars est vtis: hec igit dicta sint de colobon. ¶ Opz aūt scire: ꝙ si colobon ꝑm diminutā rōnem ipsius accipiať: tūc qōlibet iductoꝝ aliquo mō i ꝓpietatis colobon pōt appellari: semp tū accidit toti ⁊ nō vniuersali.

¶ Cap̄. 9m. De modis qb⁹ determiať generis mltiplicitas.

Tex. cō. 13.



Aer qb⁹ est aliqd q̄dā sunt p̄n⁹ ꝑm eē: ⁊ de his habitū est: q̄dā aūt sūt p̄ncipia ꝑm cognitionez ⁊ hec sūt gen⁹ ⁊ dīa: ⁊ de his opz terminare qz aliter nō possumus venire in cognitionē sube: ⁊ qd est. determinem⁹ igit p̄mo modos gñis ⁊ modos differēdi ꝗz gen⁹: ⁊ postea accipiamus ꝓpriū modū generis: ⁊ ꝓpriū moduz dīe: ⁊ oñdamus nās ipsoꝝ. ¶ Genus q̄ dī vno mō a gñatiōe: qñ eoꝝ q̄ sūt vni⁹ spēi ꝓpagatio vel gñatio cōtinua est: ⁊ hoc mō oia illa que multiplicanť sub foia vna gñatiōe vniuoca dicūr esse genus vnū: hec enīz oia sunt vni⁹ potētie: ⁊ vni⁹ forme: ⁊ eoꝝ ꝓpagatio est sub forma vna: sicut dicit boiuz esse gen⁹ vnū: eo ꝙ generato ꝑm formā aliaz: ⁊ er hoc pz ꝙ oiūm eoꝝ quoꝝ est gen⁹ hoc mō dictū vnū ꝓpagatio est vnū er vno ꝑm nāz qō cūcz sit illud: hic eni qdā ponūt ꝗstellationē quādā: qdā āt gñantis est a nā illa: ⁊ vtus q̄ est in mā imago est vtutis iterminatū ⁊ formā primā vtutes ⁊ actus iformātē ⁊ quo ad hoc qlibet sic opinātiū aliq̄ mō dicit vez. ¶ Alio aūt mō dī genus er quo aliq̄ sūt sic er primo mouēte mām ad gñationē ipsoꝝ: sicut enīz dī vulgariter: ꝙ qdā sunt elines gñe: ⁊ qdā Jones eo ꝙ priores ab Elino p̄mo patre: sequētes vo a Jone primo generāte sunt traducti: ⁊ magis qdē denoiať ꝗuis a generāte patre q̄ a mā siue a matre. Aliqñ tū denoiatur a matre femina: sicut a ꝓ̄ꝯrrea siue pyrra pyrrite vocātur: hmōi aūt cā i libro de aialib⁹ assignata est: qz. vz. mater est sicut mā: pater āt est sic facto: ⁊ spēs in gñatiōe. ¶ Amp̄. aūt tertio mō ⁊ gen⁹ qō est q̄ sit id in quo sūt spēs sic in subto subali sibi ꝑm imaginationē ⁊ sensuz: ⁊ hoc est similimū cū mā sicut supficies dī gen⁹ figuraꝝ supficialiuz: ⁊ solidū siue corpus dicit eē gen⁹ figuraꝝ corporaliū: sed in hec est dīa: qō hec sine trāsmutatiōe figuris supficialib⁹ vel corporalibus determianť: figuraꝝ eni est aliq̄ supficialis: ⁊ hoc q̄ est supficies q̄dā talis vel talis: hoc est sic vel sic figurata: figuraꝝ vo alia est q̄ est solidū siue corp⁹ talis vel talis: hoc autē siue sit supficies: siue solidū subm est differētijs ⁊ idifferentijs q̄ cōstituūt figuras esse subm tū sine sui trāsmutatione. ¶ Amp̄. aūt gen⁹ dī ꝓprijssime: ꝙ est gen⁹ sicut dī genus in orationib⁹ diffinitiuis in his eni id qō p̄m̄ est: ⁊ ꝙ in qd p̄dicať hoc dicit eē gen⁹: ⁊ hoc est q̄si fundamētū oiūm alioꝝ sine sint subalia siue accñtalia: hoc eni est subm primū nō existens in aliquo sicut in sbto: ⁊ bui⁹ qdez ipse dīe sbales dicūr eē q̄litates: ⁊ hoc differt ab eo qō ante dictū ē: qñ supficies qdē realiter est in quo ꝑm aliquā ptē sui fiūt figure: ⁊ solidū est in quo ꝑm aliquā ptē sui fiūt figure corporee: ⁊ nō ꝑm totū: qz figura nō est nisi ꝑm exteri⁹ in solido ⁊ figura nō est nisi in termino supficiei: ⁊ hoc qdā nō ꝗsideraueruūt: ⁊ iō nō nisi tres modos gñis eē determinauerūt: gen⁹ aūt in oionibus diffinitiuis est ipsa suba ei⁹ cui⁹ est genus: nō ꝗz prātē ipsius ꝗz ꝑm totā ipsi⁹ nām ⁊ subm: ⁊ dīe sūt sicut q̄litates eēntiales istius gñis ⁊ hoc est gen⁹ ꝓprie dictū. ¶ Capitularitер q̄ pstringētes q̄ dicta sūt dicim⁹ ꝙ genus tot modis dī sicut dictū ē: p̄ eni mō dī ꝑm gñationē ꝗtinuā eiusdē nāe ꝗz spēm ⁊ hoc est gñis fluxus: sub vna cōi nā. ¶ Aliud aūt ꝑm genus dī ꝑm gñationē er vno prio mouēte. ¶ Aliud āt dī sicut forma siue figura supficiei vel corporis. ¶ Aliud aūt 4° mō dictū dicit genus sicut mā: nō tū oino idē cū mā: id enīz cuius dīa est ⁊ eēntialis q̄litas specificās ipm ⁊ determinās hoc est subiectū qōdā: qō aliquo mō dicimus materiam.

¶ Cap̄. 10m. Et est digressio declarans naturā generis: ⁊ distinctionem eius a materia ⁊ a differentia.

Et aūt vt plenius itelligaňť opz nos determinare nām gñis subtili determinatiōe sicut aūt iam patuit: nā gñis est cui⁹ q̄litas eēntialis est dīa. ¶ Sā igit que in suis subalib⁹ cōstitit ad eē suū nō idigēs dīa est gen⁹: qñ si adesse suuz vt gen⁹ est dīa idigeret: oporteret ꝙ in oi generis diffōne reciperet dīa ⁊ hoc falsum est: qñ ꝗz aliqō genus diffiniať hoc tū accidit ei nō incētū qdē gen⁹ est: ꝗz potius vt est spēs q̄dā er gñe suptori: ⁊ dīa cōstituta. si eni genus ꝑm ꝙ genus bēret diffōnē: oē gen⁹ bēret diffōnē qō falsum est: ⁊ cōstat er p̄cedētib⁹: qz id qō simplr est gen⁹ ⁊ nō ē nisi gen⁹: nullā bz penit⁹ diffōnē. ¶ Jā eni oñdim⁹ ꝙ cū dicimus suba est ens p se erñs: p se eristēs nō dicit nisi nō i alio eristere: ⁊ hoc nō addit sicut dīa aliqd sup ens ⁊ iō realiter idē est ens vez ⁊ suba ⁊ oia alia sunt modi qdā entis. Constat igit ꝙ gen⁹ in eo ꝙ gen⁹ ad eē sui ꝑm ipm ꝙ genus est nō idiget dīa: ad eē igit suū ꝑm ꝙ gen⁹ est nō est natū recipere alteꝝ: est igit sicut erñs in se ipso in eo ꝙ est gen⁹. Igit hoc mō est in se eristēs in nullo eristēs vt in subto: ⁊ erinde bz ꝙ in qd p̄dicať ⁊ est suba ei⁹ cui⁹ est gen⁹: qz eo cui⁹ gen⁹ est nō idiget aliquo ad esse suū in eo ꝙ gen⁹ est. Adā aūt nō cōparať ad id cui⁹ mā est sicut nō idigēs aliquo: ꝗz potius sicut impfectū idigēs forma: ⁊ iō nō cōparať nisi sic pars: que est in po⁹ aliud ꝑm eē: ⁊ iō in se subsistēs nō itelligit nisi per analogiā ad formā: ⁊ iō differt a gñe in hoc ipso: ⁊ hoc ē vna cāꝝ q̄re mā nō p̄dicať de eo cui⁹ est mā: cū tū gen⁹ p̄dicet de eo cui⁹ est gen⁹: gen⁹ enīz cū sit suba nō determinata p dīas sed determinabilis: ⁊ nō designata p nāz ꝗz designabilis: ⁊ hec suba est totū qō i qd dicit eoꝝ quoꝝ est: oz ꝙ sicut suba p̄dicať de his q̄ sūt sub ipsa: ꝙ ita ēt gen⁹ p̄dicet: bō enīz est suba aiata sensibilis: ēt si nō itelligať designari p accña indiuidūātia: ⁊ si nō itelligať determinari p dīaz rōnalē est enīz bō suba cōfusa q̄ est qd ipsius sicut est substātia determinata ⁊ designata. De his autez in ꝗsequētibus sequētis post istud capitulū plenius agemus. Quātum. n. ad p̄ntē ptinet

speculationem

Mō in q̄ gen⁹ differt a mā. vide ēt p boc Auer. p̄. metaphysi. cō. 17. ⁊ 12. met. c. 14.

speculatione nõ intẽdimus ostẽdere nisi qd sit generis nã: ⁊ q̃liter differt a mã. ¶ Quãuis igit̃ sic differat a mã sẽ dictũ est: tñ plurimã cũ mã hz ꝓueniẽtiã: ⁊ iter ceteras ꝓueniẽtias quas hz cũ ipsa ꝑcipue hz tres. Quar vna est: q̃ est aliar cã q̃ genꝰ est forma hui⁹ cõpositi q̃ est ꝓpinqua mã vel remota: siue enim mã remota accipiat̃ siue ꝓprima semp est cõpositi ⁊ nã forme hui⁹ cõpositi q̃ est ex mã q̃ est suba q̃dã ⁊ pos q̃ est hitualis ichoatio forme: est foꝛa id qõ vocam⁹ genꝰ ⁊ in hoc hz affinitatẽ cũ mã: id enim qõ nec forma ẽ nec formã hz nec hz analogiã ad formã: nõ est designabile p nomẽ aliqõ: ⁊ sui nulla põt eẽ penitus notitia. ¶ Scõa aũt ꝓuenientia est q̃ oriẽ ex ipsa q̃ sicut mã nõ est aliqd nisi in po⁹ ita genus in eo q̃ genꝰ nõ est aliqd exrũtũ vetermiatũ nisi in po⁹. ¶ Tertia ãt ꝓueniẽtia est q̃ sicut mã in po⁹ est hũs formas: ita genꝰ ptãte hz differẽtias q̃ sunt q̃litates ipsius sicut forma subalis eẽntialis q̃litas est mãe. Unde aũt bẽat genus qõ p̃dicẽ de toto cũ tñ nõ sit nisi pars eẽ totiꝰ posteriꝰ dicemus. ¶ Qõ aũt iaz dirimꝰ de nã gñis q̃ est qd determinabile differẽtijs ⁊ designabile mã ⁊ idiuiduãtibꝰ in oi eo cuiꝰ est genꝰ: ita dicimꝰ q̃ est eẽntialis vniuscuiusq̃z q̃litas q̃ est dĩa: hoc enim põt accipi duplr. vno qdẽ mõ in se absolute accepta: sicut si rõnale ipsaz dicemus rõnabilitatẽ ⁊ hoc mõ qdẽ põt eẽ pars eius. s. hois: ⁊ gñaliter loquẽdo eius cuiꝰ est dĩa: sz nõ hz dĩe rõnez nec hoc mõ de re cuiꝰ pars ẽ p̃dicat̃. Hoc enim mõ nõ est p̃dicabile de aliquo nisi forte de se ipsa. Scõo aũt mõ accipit̃: sicut eẽ determiati actꝰ: ⁊ hoc mõ est dĩa qz hoc mõ p diuisionẽ erit a genere ⁊ est in ipso ptãte ⁊ est q̃litas eius: ⁊ sic hz nõ sit eadẽ nã cũ gñe tñ hoc mõ p̃dicat̃ de spe quã ꝓstituit: qz ipsa est eẽ ipsius p̃m actũ sicut genꝰ est esse ipsius p̃m potẽtiã. ¶ Est aũt attẽdẽdũ q̃ genus in eo q̃ genus: nõ est nisi subm primũ in eẽ eiꝰ cuiꝰ est genus sz p̃m q̃ sit determinatũ ad actũ vel nõ determiatũ vel sic designatũ idiuiduãtibꝰ vel nõ designatũ hoc nõ ꝓuenit ei p̃m se per ea q̃ accidũt: sicẽ supꝛa dirimꝰ de vrl: ⁊ iõ vnũ ⁊ idẽ in suba est determinatũ ⁊ nõ determiatũ ⁊ designatũ ⁊ nõ designatũ: similiter ẽt accidit ei eẽ in itellectu vl nõ eẽ in itellu. ¶ Quãtũ enim est de nã sua nõ est nisi suba qd existẽs nõ in alio per hoc q̃ est genꝰ: ⁊ iõ p hoc ipm q̃ est subm p̃mũ est: qz id qõ simplr nõ hz in alio existere ẽt subm: pp qõ accidit ẽt ei cõe eẽ: qz hoc hz inquãtũ est nõ designatũ vel nõ determiatũ: cũ aũt genꝰ sit sic subm respectũ poꝰ hũs ad dĩas: sequtur nẽcio q̃ oino simplr nõ est genꝰ: neqz hz genꝰ oino simplicẽ nãz sicut deus. ⁊ si itellꝰ in oino simplici ponit genꝰ: opz q̃ intellꝰ sic ponẽs genus respectꝰ diuersitatis gñis ⁊ potẽtie ponat in semetipso accipiẽdo simpler ad modũ cõpositi: lz aũt diremus dĩaz ꝓtineri in ambitu generis siue ptãtis eius: tñ genus nõ idiget eis ad sui subam: eo q̃ oẽs sunt post subam ipsius. hoc igit̃ est qõ de generis hic dicere voluimus nã.

Mõ tres eõuiẽtias q̃s hz genꝰ cũ mã.

Dĩa duplr cõsiderari põt.

Mõ h qz vl dicere q̃ dĩa nõ sit eadẽ nã cũ genere.

¶ Cap. iii. De his que sunt in potestate generis: ⁊ sunt vere differentie ipsius.

Tex. cõ. 33.

Ost hec aũt ꝓsiderãdũz q̃ recipiant in genere sicut eẽntialia ipz ad spez determinãtia. Posset enim aliqs dubitare qꝛ ex quo dĩe ꝓsequunt nãm gñis ⁊ subaz ⁊ hoc qõ ꝓsequit̃ nãz alicuiꝰ ⁊ subaz eius q̃litas est ⁊ accñs videt̃. Qõ dĩe eẽnt accña gñis: hoc aũt oino est falsuz ⁊ ipse qm̃ accñs nõ pficit in eẽ id cuiꝰ est accñs. ¶ Dĩa aũt lz non pficiat genus in eẽ gñis: tñ pficit ipm in eẽ: sic ⁊ foꝛa q̃ nõ pficit mãm in eẽ mãe: tñ pficit ipsaz in eẽ: qꝛ tã eẽ generis q̃z eẽ mãe est eẽ potẽtie: oꝰ aũt poꝰ indiget aliquo pficiẽte alio a seipsa: vñ notãdũ est q̃ cũ diuidit genꝰ diuidentia talia debẽt eẽ quoꝛ vnũ nõ pmutet̃ in aliud p̃m eẽ vel p̃m rõnẽ saluata suba diuidẽtis: neqz vnũ ⁊ idẽ hz saluata rõne substantie sub forma duaꝛ diuidẽtiũ inueniri: qꝛ aliter genus nõ diuidũt: si enim vnũ diuidẽtiũ mutat̃ ad formaz alteriꝰ saluata rõne sue sube: tũc forma alteriꝰ diuidẽtis est in eo non sicut q̃dã pars eẽ ipsiꝰ: est igit̃ accñs ⁊ q̃ in vno est accñs in nullo est suba: igit̃ hoc ẽt in alio aliquo aliq̃ nõ potuit eẽ foꝛa substãtialis: idẽ aũt seq̃t si dareꝰ q̃ idẽ eẽt sub forma duoꝛ diuidẽtiũ. ¶ Amp. ꝓsiderãdũ est q̃ sũt imediate a gñis ptãte ereũtia: hoc aũt est si genꝰ sequant p̃m ipz qõ est: vñ si qs diuidat subaz dicẽs q̃ est ens susceptibile motꝰ vel ens nõ susceptibile motꝰ: siue in susceptibile motus: pz q̃ ille nõ sunt dĩe qꝛ susceptibile eẽ motus nõ ꝓuenit sube hz ipm q̃ suba est: sed p̃m q̃ corpus locabile est vel relatũ ad locũ: in susceptibile aũt nõ ꝓuenit ei p hoc q̃ suba est sed p hoc q̃ ic corpoꝛea est q̃dã suba: ⁊ iõ diuidẽda est p corporeũ ⁊ ic corporeuz. Unde si fiat diuisio p ea que ꝓueniũt gratia iferioꝛis semp fit p ea q̃ nõ ꝓueniũt generi p̃m ipm: ⁊ iõ illa nõ subaliter diciunt eẽ in ptãte generis: sicẽ ẽt nõ sũt in mã q̃ nõ sũt in ptãte ipsius. ¶ Amp. si sint imediata generi nõ adhuc nẽcio sunt dĩe ipsius: qꝛ pũt eẽ accña ꝓcomitãtia genus: ⁊ hec cognoscunt in hoc q̃ in gñe ꝓcto ad spez ⁊ designato in indiuiduo existẽtia nõ dãt eẽ sz sũt eẽ ꝓña: sicut si aial diuidat p masculũ ⁊ feminã. hoc enim ꝓcomitant̃ aial in eo q̃ ẽ aial: ⁊ sũt aialis solius ⁊ oꝰ ⁊ in aiali determiato ⁊ designato sequunt eẽ pfectũ: qꝛ poꝰ generãdi: nõ est nisi tã existẽtis ⁊ pfecti inesse. Dĩa aũt seꝛus non est nisi p̃m potẽtiã gñandi in alio vel ex alio determinata: ⁊ iõ ista sunt ꝓcomitãtia: aial ex passione mãe p̃m calidũ vel frigidũ: sicẽ in scia de aialibꝰ determiatuz est. Cõflictꝰ enim multi sũt in mã: ⁊ aliqñ qdẽ alterãdo inducũt aliqd ꝓportiõabile sibi vl ꝓportionatũ suo fini: aliqñ ẽt inducũt ꝑter ꝓportionẽ illã aliqõ accñs: ⁊ qñ fini aialitatis determinãde in oẽs spẽs ꝓportionatũ est: tũc illud accñs totã comitat̃ gñis cõitatẽ: ⁊ tñ nõ est dĩa: fiũt ẽt aliqñ accña: q̃ sunt accña gratia generis supioꝛis vel dĩe generis supioꝛis: vt si dicerẽ q̃ aial est albũ vel nõ albũ: hec enim accidũt gratia corpis: q̃ est genus aialis. Aliqñ enim fiũt accña gratia dĩe generis ipsius qõ diuidit: sicut si dicã aial eẽ nutritiuum vel nõ nutritiuũ vel alio mõ tali: hec enim accidũt eo q̃ accipiunt a poꝰ aie ⁊ nõ ab ipsa aia: ⁊ quocũq̃z mõ tali accipiant̃ dĩe. Dĩe cõiter dicte sũt: ⁊ nõ ꝓpꝛie: lz aliqñ sũt concomitãtes totũ generis ambitũ. Dĩe aũt vere sunt q̃ sicut forme ⁊ actus sũt itra generis ptãtẽ. Ille enim specificãt genꝰ: sicut forma mãm: ⁊ ille sũt q̃ dãt eẽ subale: ⁊ iõ genꝰ ad hoc q̃ actu sit idiget determinãte: ⁊ ad hoc q̃ hoc aliqd sit indiget ⁊ determinãte ⁊ specificãte ⁊ designãte: ⁊ cũ nõ p̃dicetur de eo qõ subijcit̃ nisi hz q̃ est nã ipsius de quo p̃dicat̃: ꝓstat q̃ p̃dicat̃ vt determiatũ ⁊ specificatũ ⁊ designatũ ⁊ sic est totũ. Si enim p̃dicareꝰ vt nõ determinatũ: ⁊ designatũ cuz hoc mõ nõ sit nisi pars: sequereꝰ q̃ p̃dicareꝰ pars de toto ⁊ hoc est impossꝰ: si qs aũt objiciat q̃ genꝰ determinatũ est idẽ cuz spe: ⁊ determinatũ ⁊ designatũ idẽ est cũ idiuiduo: ⁊ sic eadẽ erit p̃dicatio generis ⁊ speciei: dicemus q̃ hoc est falsũ. genus enim siue sit determinatũ siue p̃m se in eẽ potẽtiali acceptũ semp est genꝰ: ⁊ iõ supius dirimꝰ q̃ generi accidit eẽ determinatũ: vel nõ eẽ determinatũ. Qõ ex hoc ꝓbatur: q̃ neuter hoꝝ igredit̃ in illius nãe diffõnẽ que est genꝰ: vnde respectus quẽ hz ad determinãs ⁊ designãs nõ facit ipm nõ eẽ genus: sublato. n. determinãte nõ tollit̃ nã generis: ⁊ posito ipso nõ ponit̃: qꝛ sine hoc hz eẽ: ⁊ nõ idiget determinante ad hoc q̃ bẽat eẽ gñis: sicꝛ aũt cũ designãtia ipm sint idiuiduãtia q̃ faciũt ipm sic id solũ eẽ nõ est aliud sublatis p itellectũ idiuiduãtibꝰ remãet adhuc genꝰ id qõ est: lz destruat̃ singularitas que p idiuiduãtia designata fuit: spẽs autẽ est totũ eẽ determinatũ poꝰ ⁊ actu: ⁊ iõ remota dĩa p intellectũ spẽs nõ remanet spẽs: ⁊ iõ spẽs nõ indiget determinãte esse suũ sed designãte tñ indiuiduo: ⁊ iõ spẽs vt totũ predicat̃. De his igitur intãtũ dictum sit a nobis.

¶ Cap. iv. De modis quibus dicitur diuersum genere.

Tex. cõ. 33.

Is habitis facile scit̃ q̃ sunt diuersa gñe. Diuersa. n. gñe sũt quoꝝ est diuersuz p̃mũ subm: cuius dĩe sũt q̃litates: ⁊ illa sũt nõ eiusdẽ potẽtie: ⁊ iõ nõ resolut̃ alteꝝ in alteꝝ: qꝛ ea quoꝝz nõ est poꝰ vna nõ trãsmutant̃ vl resoluunt̃ adiuicẽ: ⁊ sicꝛ q̃ sũt diuersa gñe nõ trãsmutant̃ vel resoluunt̃ ambo i idẽ: qꝛ si in idẽ resoluereꝰ nõ resoluerent̃ nisi in eãdẽ poꝰⁿ: ⁊ sic eẽnt vniꝰ ⁊ eiusdẽ gñis: ⁊ hoc ẽ ꝗ hypothesim sicut spẽs ⁊ mã in genere sunt vnuz qm̃ spẽs siue forma est in ptãte mãe sicut in genere. ¶ Diuersa ẽt dr̃ in genere: sicut quecũq̃z dr̃: p̃m diuersaz entis cathegoriã. Alia nãq̃z p̃m hmõi cathegoriã qd siue substãtia significãt. Alia quale qd: ⁊ alia ẽtũ qd: ⁊ alia significãt qd est alioꝝ p̃dicamẽtoꝝ p̃m q̃ in locis prius est diuisum: ea enim que sũt in diuersis cathegoriis nõ resoluunt̃ abinuicez: sicut sunt subalterna in qb⁹ iferius resolut̃ in suuz supius: neqz resoluunt̃ ambo ad vnũ aliqd: sicut spẽs coeque resoluunt̃ in vnum ⁊ idẽ genꝰ: hic igit̃ hoc mõ ⁊ hac de cã diuersa gñe dicũtur.

¶ Cap. 13m. Et est dig. de. superius inductos modos multiplicis generis: ⁊ ꝑm quē modū dīta sit qualitas generis.

Oportet āt scire: q̄t modi q̄ de multiplicitate generis ⁊ differētiū gñe dicti sūt oēs ad vnū respiciūt: gñatio enīz ꝓtinua vnī ꝑmo est gñis eo q̄ id q̄ ꝑmo vnū existēs cōicabile est multis ē genus: ⁊ si spēs cōicat se multis: hoc non ꝓuenit ei ꝑmo sz ꝓuenit ei inq̄ntū est aliq̄d gñis: nec cōuenit alicui ante genus: q̄ illa q̄ cōicāt ante genī existētia non cōicāt vninoce sed p analogiā. ¶ Amp. spēs nō cōicat se nisi p diuisionē mā: genus aūt ꝑm formalē multiplicationez se cōicat q̄ verior est cōicatio: eo q̄ forme qbī cōicat se genī de ipsa ereūt generis ptāte: mā aūt de ptāte spēi nō erit. Bene ratio enim ꝓtinua ꝑmo ⁊ p se est generis: genī eni dī sicut a mouēte ꝑmo in tali cōicatiōe opz q̄ illud sit pticulare: q̄ talis motī nō nisi pticulari ꝓuenit: sz cū phatū sit talē cōicationē ꝑmo generis eē: ꝓstat q̄ ⁊ mouēs ad talē cōicatiōis flurū nō hz ꝑmo vtutē mouētē ad hoc: nisi er nā generis q̄ est in ipso: pz igit q̄ ēt secūdus modus ad genus respicit: q̄ lz sit actī pticularīū virtutū tñ qbī fiunt actī oēs isunt pticularibus a nā. isti igit sūt duo modi magis ipropriī. ¶ Tertī āt modus minī ipropriūs est in hoc eni dicit subm primū: sed q̄ nō in toto subijcit iō aliq̄d hz ipropriētatis. ¶ Est āt adhuc ⁊ alius in illo modus ipropriētatis q̄ ⁊ figura nō est in eodē gñe cū supficie ⁊ corpe: ⁊ si qdē supficies ⁊ corpus vere gña eēnt: figura supficiaī ⁊ corpalis oporteret q̄ dīe cū gñe eēnt eiusdē generis: eo mō q̄ dīa ad genī reducit. De mō aūt illo in sequētibī erit manifestū: hec aūt q̄ dicta sunt circa modū tertiū valde sūt notāda: q̄ circa modū illū vsq̄z hodie plurimi errauerūt. ¶ Quartus aūt modus verus est q̄ est ille q̄ subm ꝑmū in oīonibī diffinitiuis subm dicit esse cui q̄litates sunt dīe: ⁊ iurta hūc modū sumit modus tertius. Q̄ aūt q̄litas generis dicit dīa ⁊ nō spēi iō est: q̄ ipa nō est q̄litas eī cui dat eē: ⁊ ipm ineē cōstituit: spēi autē dat eē ⁊ ipsaz in eē ꝓstituit: ⁊ iō ipsius spēi est suba ppria: genus aūt nō ꝓstituit in eē: nec dat ei eē sed ꝓsequit ipm: ⁊ q̄ cōsequit ipm genī: nec aliq̄d aliud in qd pdicatū ē de rōne eī: ⁊ iō ꝑm totā eēntiā ipsius remanet q̄litas: q̄ nō facit spēs in cui rōne est qd q̄ est genī: ⁊ hec est cā q̄ id q̄ simplr ē genus est tñ qd. Q̄ aūt est dīa est quale tñ: ⁊ q̄ est pticpās vtrūq̄z est q̄lis qd ⁊ hoc est spēs vel id q̄ hz diuersos respectī est spēs ⁊ genī. sūt tñ qdā q̄ hoc obijciētes: dicūt eni q̄ id q̄ pdicat de aliq̄ vt ens de rōne ipsī aut est cōissimū pdicatū: aut nō est cōissimū: sz est in alio q̄dā cōiore. Dīa aūt predicat de aliquo: sicē ens de rōne eī de quo pdicat: q̄ sic pdicat de spe: nō aūt pdicat vt pdicatū cōissimū. Predicat igit vt ens in alio cōiori. Omne aūt q̄ est pdicatū i alio cōiore existēs: hz dīaz p quā differt ab his q̄ sūt secū in eodez: igit dīa hz dīaz. Est āc hec objiciēdo Alpharabij ⁊ Aui. phor quā ⁊ sic solūt dicētes: q̄ hec ppō q̄ oē q̄ pdicat ō aliquo vt ens de rōne ipsius aut est pdicatū cōissimū aut est in alio cōiore: ppō est q̄ ꝓcedi pōt in aliq̄ q̄ eē in gñe cōiori duplr dī: aut eni est in gñe cōiore ita q̄ illud cōius genī sit de rōne ipsius: aut vt sit ꝓcomitās ipz. Cū aūt addit q̄ dīa pdicat de spe hoc simplr dicūt eē vez: qm rōnale pdicat de hoie: ⁊ alie dīe pdicant de alijs spēbī: nō eni ipsa rōnabilitas dīa est sz potī rōnale: ⁊ cū hoc itez duplr dicat: de hūte. vz. aiaz rōnalez: ⁊ hoc est hō ⁊ sic nō est dīa: sz dīaz hūs ⁊ dī de actu siue endelechia q̄ est eēntialis actī q̄ est eī q̄ hz aiam rōnalē eē in eo q̄ rōnale est ⁊ sic est dīa q̄ cū genere ꝓstituit spēz: ⁊ hoc mō pdicat dīa de eo cui est dīa: illo aūt mō quo accipit vt rōnalitas nō predicat nisi ad modū generis de hac rōnabilitate ⁊ de illa. ¶ Cū aūt viterius ꝓcludit q̄ dīa nō existēs pdicatū cōissimū sit in alio cōiori dicūt hoc posse cōnus. ¶ Hec aūt solutio ꝗz bona ⁊ vera sit tñ aliq̄d addēduz videt vt itelligat. ¶ Genus eni duplr ꝓcomitari pōt vt. vz. subm tñ: vl vt subm ⁊ ꝑn'm qōdā. Si vt subm tūc cū illo q̄ sic ꝓcomitat nō cōstituit aliq̄s vnū sicut corpī ꝓcomitat pdicationē colorati: q̄ si ē colorātū est corpī. Aliq̄n aūt comitat genus aliq̄d sicut subm simul ⁊ ꝑn'm sicut ꝓcomitat dīe positiat ab ipso sicut determinātū ⁊ pfectū ꝑnciptat ex indeterminato ⁊ impfecto: ⁊ sicē forme ꝑnciptant ex mā eo q̄ ichoatio ipsaz est in ipsa: ⁊ iō genus ⁊ generis potētia pficit ⁊ determinat er dīa: ⁊ in ꝓstitutiōe spēi nō addit sibi dīa vt penitus aliud sz potī vt idē determinātū. Q̄ aūt sic est in genere: nō hz genī: vt ens de rōne sui: ⁊ iō si segt q̄ hēat dīaz sz potī est simpler actī seipso: hoc est tota sua qdditate differēs ab oībī alijs in eodē genere secū erūtibī: ⁊ hec valde notāda sūt: q̄ plurimā in hac scia ⁊ sequētibī hūt vtilitatē: Sz attēdēdū ē q̄ sicut dirimī dīa nūq̄z est designāda vt abstracta: vt verbi gratia rōnalitas ⁊ irrōnalitas dīte dicantur: q̄ ista significatio nō est nisi in mō itelligēdi dīaz p modū nāe existētis p se: cuī eēntia acq̄sita ē er ꝑncipijs sue diffinitionis: ⁊ hoc mō nō est acq̄sitū esse dīte cū ipsa sit q̄litas simpler: sed itellectī differētie est sicut si ponamī nō eē nām hois: ⁊ adhuc remanere hoiez in eē aialis rōnalis: ⁊ tūc itelligamī actū aialitatis vltimū hz illū modū quo est actī eius q̄ sic nō est abstractū: sz in eē acceptū. sic enīz sp est simpler: ⁊ tñ semp est in aliquo q̄ determinat ⁊ pficit p ipm: eē eni in potē ⁊ eē in actu idem est ⁊ eiusdē eē ꝑm subaz: ⁊ nō differt nisi p eē potētie ⁊ eē actī: in eo q̄ est actus ⁊ in eo q̄ est potē: que dīa in subali eē nullā facit diuersitatē: ⁊ hoc pz cū dico mēsurā ⁊ addo lineā q̄ est mēsura ꝑm solā lōgitudinē determinata nihil addo q̄ in mēsura nō fuerit: vel q̄ a mensura diuersuz sit: sz id q̄ fuit potē ⁊ ideterminātū feci esse actu: ⁊ determinātū eē aūt ideterminātū ⁊ in potē ⁊ eē determinātū ⁊ actu demōstrāt qdē ꝑnciptor quādā diuersitatē: sz nō idu cūt aliq̄s diuersitatē in ipso eē ꝑm subaz. ¶ Amplius aūt er his pz q̄ dīa sube suba est: ⁊ dīa accidētis est accīs: q̄ nō pōt esse nisi in suba cuī ꝑn'm suba est: ⁊ cuī effectī est suba: similr aūt nō pōt esse nisi accīs cuius ꝑn'm accīs est: ⁊ cuius effectī est accidēs. Ostendimus aūt ꝑn'm differētie eē genī: quānis enīz nō sit ꝑn'm effectiuum: est tñ ꝑn'm in quo tota est dīa ꝑm esse ꝓfusum ⁊ ichoatiū. ¶ Er hoc aūt viterius pz q̄ si in genere nō sit dīa ꝑm ptātē formalē dīa p diuisionez nō eribit a genere: ⁊ si dīa p diuisionē nō erit a gñe dīa cuz genere nō ꝓstituit spēm: ⁊ sic genī nō erit genus. er his igit pz generis ⁊ dīe nā. ¶ Facile aūt ē er his cognoscere diuersa gñe hz modū supius assignatū: qm erquo in gñe sūt dīe opposite ⁊ ꝑme marie distātes: er qbī sunt oēs medie dīe ⁊ iō nō sūt ꝑme opz q̄ ptās generis sit foīa q̄dā ambiēs dīas oppositas. Quecūq̄z aūt ambiunt vna formali ptāte hz rem accepta trāsmutant adinuicē. Quecūq̄z ḡ sūt in genere vno eor est trāsmutatio adiuicē ⁊ est cā vera: q̄re adinuicē trāsmutant q̄ sic sūt eiusdē potētie: sublata igit hmōi cā tollat effectī ⁊ sic diuersa genera sunt vnū: q̄ adiuicē nō ē trāsmutatio. Et sic pz oium que inducta sunt clarus intellectus.

¶ Cap. 14m. De distinctione modorum falsi.

Ex cōpositione ꝑnciplor ꝓuenit verū ⁊ falsum: ⁊ similr er cōpōne ptū entis: ⁊ er eadē ꝓuenit ens p accidēs: sicut ēt er ipsa entis ⁊ vnius diuisione q̄s supra idurimus est manifestuz: ⁊ iō oz nos in hui libri fine de his tractare. ¶ Primo āt de falso tractabimus: eo q̄ accidit cōpositioni accīs aūt magis accidit cōponētibī. De vero āt non determinabimus: q̄ de hoc multa tā in. 4. lib. supius sunt determiata. ¶ Dicimī igit: q̄ falsuz est in cōpleris pimo: ⁊ in icōpleris scōo: vel in his que sicut vnū eē dūr incōpleror: falsum aūt in cōpleris dicit vno mō: pro vt dicimus res falsas sibi inuicē nō attributas: vel ad seinuicē diuisas: qm lz verū ⁊ falsum in aia sint sicut in subto cōponēte ⁊ diuidente ⁊ accipiēte: tñ cā veri ⁊ falsi est in rebī er hoc q̄ cōponunt vel diuidunt: ⁊ iō in eo q̄ res est vel nō est oīno est vera vel falsa. falsum aūt hmōi duplex est. Q̄dā enim est causatū p hoc q̄ res que significant cōponi nō cōponunt: vl qm significant diuidi nō diuidunt simplr: aliud āt est q̄ ipossibile est cōponi vel diuidi que diuidi vel cōponi significant: sicut dī diametrū eē cōmēsurabilē vel diametrū nō esse cōsurabilē: hoc enim est falsum ⁊ impōle: ⁊ sicut te dicit sedere qm stas vel nō sedere qm sedes: hoc enīz est falsuz sed nō impōle. ⁊ ideo primū qdē semp est falsum: scōz aūt q̄ñz est falsum sed non semp: ⁊ hij modi falsitatis non sunt vnus ⁊ idē. ¶ Dicunt itē falsa hz rē siue sint cōplexa siue incōplexa quor falsitas non est nisi in aia efficiēte ea: ideo q̄ illa apta nata sint qdē videri eo q̄ sūt rer quarūdā imagines. Sed cū apprehēdēte nō vident qualia sint aut qualia nō sūt: aut simpliciter

In cōstitutiōe spēi nō addit gñi dīa vt penitī aliud sz vt idē determiatū. sed ꝓsidera q̄ oppm vī dicē supra i hoc tractatu ca. I.

Lex. cō. 34.

Mō obijectionē Alpharabij ⁊ Auicē. ⁊ solutionē.

Rōnabilitas nō est dīa sed rōnale.

Aliq̄d pōt cōcomitari genī duobī modis.

simpliciter nō sunt ⁊ videnē esse. Simpliciter enim nō essen tia que tū eē videnē sunt scassagrafia hoc est vmbre: que nō sunt nisi lucis puatio: ⁊ qz lumē vsqz ad terminū quēdā pri uat: iō vmbre videnē figurari: ⁊ videnē motu luminis ascē dere ⁊ descēdere ⁊ reflecti: ⁊ hmōi mot⁹ hīe: ⁊ pp hoc aliqd eē. taliū aūt aliqd qdē dicūt eē formā q̄ apparet in speculo. sz nos de hac iā in scia de sensu ⁊ sensato determinauimus. ¶ Que aūt aliqd sūt sz nō accipiunē vt sūt sōnia sūt: illa enī sūt qdē aliqd: sz nō sūt ea quoꝝ faciūt phātasiā: qz sūt mot⁹ a sensu ꝑm actū facti: ⁊ in somno phātasiā faciūt rex pnitiuz ⁊ iō aīa ꝓuertit sup ea sicut sup res pnītes. Dico aūt illa esse somnia q̄ nō sūt vere itelligētie in somnijs accepte vel oracula: illa enīz nō sūt somnia neqz aliter accipiunē q̄z sūt. De his aūt iā q̄tū ad nālez phiā spectat in lib. de somno ⁊ vigilia est determinatū. ¶ Amp̄. aūt hec ingrenē in scientijs de diuinatiōe: istis igit modis dnr res false aut qz. vz. nō sūt: cū tū esse significantur: aut qz est ab eis phātasia non entis. ¶ Allo aūt mō dicit falsuz eo q̄ oratio diffinitiua est falsa: q̄ qdē est nō entis inq̄tū est falsa: ois enīz oratio diffinitiua falsa est: q̄ attribuit diuerso ab eo cui⁹ ipsa est ꝑm rei veritatez: sicut diffō circuli falsa est de trigono. ¶ Iste aūt modus in tres subdiuidit modos: si enī diffō de eo cui⁹ nō est falsa est: tūc ēt nomē de eo cui⁹ nō est falsum est: ⁊ iste est modus secūdus. est aūt nomē ⁊ diffinitio dupl'r attributa diuerso: aut enī in toto diuerso: sicut si dicat lapis figurat⁹ de⁹: sicut idolū falsuz est: aut in pte diuersum est: sicut dī anrū falsum vl' argētū qō alie nāe pmirtū est: ⁊ iste est modus terti⁹. per opp'''' modū vez erit idiuiso eē ⁊ ei⁹ qō est qū oratio diffinitiua: vel nomē attribuit nō diuerso sed eidē cui⁹ est non ꝑm partē sed ꝑz totū. ¶ Cuiuslibet āt si rō diffinitiua ꝓsidereē duplex est: ꝓtingit enī diffōnē cuiuslibet eē vnā simpl'r: ⁊ cōtingit eā non eē vnā sz multa q̄dā ꝓgregata ad vnū: si enim quelibet res ꝓsidereē absolute ꝑm q̄ er ꝓprijs sue nāe pendet p̄ncipijs: sic qdem rō diffinitiua que dicit q̄ qd erat eē vna est simpl'r: nec alicui diuerse attributa: ⁊ hoc qdē i substātiaꝝ diffōnib⁹ est manifestū: est aūt ēt vez in accidētium diffōne: qū ꝑm se ꝓsideraē nā ipsoꝝ: si enīz diffiniat albedo q̄ est color dispgatiu⁹ visus ad nihil diuersum referr hec diffinitio: ⁊ sic dictū est in topicis q̄ si qs bicubitali magnitudine posita qd dixerit qō pōituz est q̄z tū eē qd est dicit: ⁊ quātū signat: ⁊ si qs albedine posita dixerit qō pōitū est colorē eē qd est dicit ⁊ q̄le signat: ⁊ sic est in oib⁹: nisi forte in relatiōe ⁊ in his quoꝝ eēntie ex cōpōne relationū causanē: sicut supius dixim⁹. Cōsiderata igit eo mō quo diffōnes habēt que ad nihil diuersuz referunē: ⁊ iō ille simpl'r sūt vere: si aūt ipsa accidētia ꝓsidereē ꝑm eē: ⁊ nō ꝑm q̄ sunt eēntie q̄dā sic sunt subē passiones ⁊ opz eas p substantias diffiniri sicut ois passio diffinit p subm: ⁊ si suba hoc mō cadit in diffinitione accidētis: tūc ēt diffinitio subē cadit in accidentis diffōne: ⁊ qz subtī ⁊ accidētis sunt diuerse nāe iō tūc diffinitio ad diuersas naturas videt referri: ⁊ sic ꝑm ea que predicta sūt falsa eē videt sed nō est qnimo vera est: qz hec diffō non daē de vno ꝑm nām. sed daē de eo q̄ est vnū ꝑm subiecti vnitatē: ⁊ ideo qū vni subto attribuit nō est falsa sed vera: ⁊ nō attribuit diuersa ab eo de quo daē: ꝛz q̄ talis diffinitio sit q̄si multe res ille sūt in eodē subto: qō. vz. est idē subiecto: ⁊ id accīs qō p ipm subm est patiēs: ⁊ tale vnū ⁊ idez est socrates ⁊ socrates music⁹. ¶ Data igit de vno ꝑz subm ⁊ attributa vni subto vera est: falsa āt est oratio diffinitiua qū nullius simpl'r eiusdē est de quo daē sz diuerso ab illo attribuit: ꝓpter qō qdē Antistenes statue opinat⁹ est. hoc enīz nihil sermone diffinitiuo dicere dignat⁹ est vere nisi oīone diffinitiua: que oīno est eē ipsius rei ꝓprīū: ita q̄ non dicebat diffiniri nisi vnū dicat sup vnū idē: ⁊ iō cū genus ⁊ differētia dicāt nās diuersas dicebat p hoc nō posse fieri diffinitionē nisi falsam. Simil'r cū vl'ia sint que ponunē in diffōne magis q̄z diffinitū dicebat ad diuersuz referri diffōnē: ⁊ nomen: ⁊ iō oēm diffōnē esse falsam ⁊ non debere diffiniri nisi vnū p vnū ⁊ diffōnez eē dixit noīe incōplerū ꝓprīa significatione rem declarās. Accidit enīz autē ex dictis Antistenis: q̄ nō ꝓtingit ꝑdicere qz si noīa nō significāt ea que in diffinitione explicanē nō est ꝑdictio sicut ostendimus in 4° huius scie li. in p̄habitis. Accidit ēt ex dictis eiusdē Antistenis q̄ fere semp necesse est mētiri in omni oīone diffinitiua. ¶ In omni enīz oratiōe diffinitiua cōpositoꝝ oratio referē ad diuersa: qz nihil cōponit nisi ex diuersis: ꝛz si que sūt ꝑm Antistenē q dicit vnū p vnuz diffiniri diffōnes simplices simpliciū in illis mētiri ꝑm dictū eius nō est nēciuz. Relictis igit his tanq̄z absurdis dicamus q̄ vnūqōq̄z ꝓtingit diffiniēdo dicere nō solū sua oratiōe diffinitiua q̄ dicit qd erat esse: sicut est diffinitio data ex ꝓprijs rei p̄ncipijs: vez ēt vnumqōq̄z est diffiniendo dicere oīone diuersi oīone diuerso mō dicta que est subti ⁊ passionis: ⁊ ꝓtingit qdē oīa falso dicere diffiniēdo oīone ad diuersa relata. Et ꝓtingit etiā oīa vere hoc mō dicere p diffōnē diffōne que ad diuersa ꝑm nām referē. Sed ad idē subto sicut supius diximus: qz tunc subm oblique cadit in diffōne passionis: sicut dicimus simmū q̄ est curuitas nasi: ⁊ sicut dicimus q̄ octo sunt dupla rōne ꝓportionis multiplicatiōis dualitatis: qz octo sunt bis quatuor: ꝛz octo nec sint q̄tuor nec duo sz sint ipsa multiplicatio q̄tuor p duo. ¶ Ista igit hoc mō q̄ dictū est falsa dnr. Preter oēs aūt q dicti sunt falsi modos dicit hō falsus q ꝑz ꝓpheresim siue eligētiā libens est hmōi orationū que semp diuersis q̄z ꝓueniūt attribuunē p̄cipue qū fictoꝝ est taliū orationū falsaꝝ non pp aliud aliqd: nisi ꝓpter idipm hoc est vt mentiaē q̄ libidinosum mēdatiū a nōnullis ꝓsueuit appellari: hoc aūt est cui placet mēdaciū non vt p mēdaciū doceat vt poeta: vel vt lucreē vl' vt noceat p mēdaciū sicut mercator: sed libet ei mētiri apud se ⁊ ad alios loquēs est factoꝝ inūētoꝝ taliū orationū mēdaciū: hoc aūt hō dicit falsus: sicut res dicimus falsas quecūqz falsaz faciūt phātasiaz: sicut ille que apparēt ⁊ non eristūt: pp qō oratio impia merito refutaē que nihil habuit nisi ꝓpheresim ⁊ voluntatē mendacij. ¶ Dicebat enī Leucippus q̄ oīa eadē sūt vera ⁊ falsa. hoc enim Pōbs dixit eē falsum q pōt ex facultate mētiendi mūtiri: ⁊ talis est q scīēs ⁊ prudēs mentit ⁊ hūc est talē dicit ēt esse vez: qz q volēs ⁊ sciens mentit melioꝝ est ꝑm istū q̄z ille qui nolens mētit ⁊ volēs vez dicere. Sic igit q volēs mētit: volens vez dicit ⁊ est idem falsus ⁊ verus sz mēdax melioꝝ q̄z verax. ¶ Amp̄. idē Leucippus accipit ⁊ hoc falsum q̄ volētes turpia sunt melioꝝ q̄z q iuiti ⁊ ignorātes aliqd turpe cōmittūt: ꝓhat aūt qō dicit p iductionē maloꝝ corporalīū. Claudicās enim sola volūtate dignioꝝ ⁊ melioꝝ est illo qui nō volūtate claudicat: qz q claudicat nō volēs claudicat p necessitatē curue tibie cū hz curuā tibiā. Volūtate ēt claudicare dicimus hoc imitari claudicātez: imitās aūt claudū non hz tibiā curuā: ⁊ sic dixit in alijs. Si aūt aliquis libens ⁊ ꝑm ꝓpheresim sibi faceret necessitatē claudicādi: sicut qui sibipsi volēs tibiā instringit. hic forsan idignioꝝ ēt eo q p necessitatē eēt claudus: ⁊ talis claudicās volūtarie i corpore esset idignioꝝ: sicut ēt in more turpioꝝ est q voluntate turpioꝝ est q̄z q inuitus. In more aūt semp sic est: eo q̄ nos per volūtatē dñi sumus nostroꝝ actuū: ⁊ iō Leucippus sponte dixit mēdaciū: ⁊ non erat nisi qō pro simili indurit.

Nō qūo accidens pōt sūmi vt eēntia q̄dāz ⁊ ꝑm esse.

¶ Cap. 15''''. De modis eius qō est ꝑm accidens.

Tex. cō. 35.

Omnib⁹ habitis q̄ determināt modos entis p se i hoc vltimo capīo qō restat determināti sūt modi ei⁹ qō inest ꝑm accīs: nō enī ꝓposuimus hoc determināti de generib⁹ accītis: qz gēa illa supius assignauim⁹: vbi dixim⁹ modos q̄z tū q̄lis ⁊ adaliqd ⁊ alioꝝ p̄dicamētoꝝ. Et iō nō restat hic determinare nisi de modis ei⁹ q̄ iest vt accīs: pp qō ēt oportuit p̄mittere de modis falsi: quoꝝ vn⁹ fuit qū ad diuersuz appropriaē diffō: qz multi putabāt de eo qō iest ꝑz accīs eē sicut patuit ex p̄dictis. Cū igit iam ostēdimus: q̄ hoc nō est vez: restat nūc modos hui⁹ accītis determinare. ¶ Dico igit q̄ accīs hic veri⁹ sumptū dī qō iest alicui: ⁊ ꝓtingit ipm affirmādo dicere de aliquo: non tū ex necitate: neqz ꝑm magis siue vt in pl'ib⁹: qō enīz ꝑz accīs inest: dicit eē cadēs a necessitate. Et iō p priationē siue negationem eius q̄ de necessitate iest hz exponi: tale aūt accīs est duobus modis: aut est cā quāuis sit cā per accīs: aut nō est cā. Sed simpl'r accidit subto vel alij accidēti. Et sic dē est causa: tūc est sicut casus ⁊ fortūa: vt si qs fodiens vt plātaret arborē fossa facta thesauꝝ inueniat: accidit enīz fodiēti fossam thesauꝝ inuenire: q̄z fossio in loco vbi latet thesaurus sit cā inuentionis thesauri. Iō aūt accidit: q̄ nec ex necessitate hoc est ex hoc semp hoc ē ex fossura fouee inuentio thesauri:

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

nec semp est hoc post hoc: hoc est inuentio thesauri post fodere foueā: neq; est ꝑm magis vel in plurib⁹ ita fiat q̃ si qs fodiendo plātat inueniat thesaur. ¶ Et scōo mō dī accēs: q̃ nō est cā ⁊ isto mō prio ⁊ pncipalr dī accēs: vt si qs musicus est alb⁹ nō est eni vel fit alb⁹ inq̃ntū est music⁹: neq; dī sic: qm̄ fit er necessitate music⁹ alb⁹: neq; dicit sic: q: ita fit in plrbus siue ꝑm magis tale fiat accēs: igit q̃ aliqd inest alicui: ⁊ in est nō oī sed cuidā hor ⁊ nō vbiq; sz alicubi ⁊ nō sp sz aliqn̄: ⁊ nō ī ō qō fit: nūc aūt hoc illud inest ꝑm accēs: q: si subm eēt cā q̃re iest nō eēt dicto mō accēs accētis: q̃ est p accēs ⁊ nō p se nō est aliq̃ cā determinata ⁊ ordinata: q: in casu ⁊ fortuna illud qō est ꝑm accēs nō hz vnā cām sz duas: q̃r neutra est ordinata ad alterā: sz vtraq; est in eo q̃ accidit forte siue fortuitu. Qui enīz in loco aliq̃ abscōdit thesaur: nō ad hoc abscōdit vt plāte fodiens inueniret: nec q fodit plāte ad hoc fodit vt thesaur inueniret: sz casu accidit hoc. igit est ideterminatū. sicut si dicamus q̃ alicui accidit venire eginā i portum: sz tūc accidit qn̄ nō pp hoc aduenit nauigādo illa itentione vt in portū egine veniret. Sed potⁿ cū ad aliū locum nauigare itenderet ab hyeme siue aqlonari vēto flāte ꝛ nauim detētus: aut forte a latronib⁹ piratis captus venit qdē eginā ꝑter itentionē: ⁊ hoc qdē est ꝑm accēs eginā venire: ⁊ nō venit illuc inq̃ntū ipm̄ siue p cām ꝑm se sed pp diuersum ab eo q̃ est ꝑm se. ⁊ hec est cā p accēs. ¶ Hyems. n. siue vētus aqlonaris sentēs est cā aduētus: ⁊ nō aliqd quo nauigaret er itētione venēdi: ⁊ hoc est q̃ sic est cā p accēs erat eginaz venire cā. ¶ His ergo modis dicit accēs p accēs: dicit aūt ⁊ aliter q̃ nūc dictū est accēs: sicut illa q̃ sūt in vnoquoq; subiecto ꝑm se ita q̃ subm est in rōne ipsor diffinitiua: ita tū q̃ nō sunt entia in suba ipsor dicēte qd absolute. ¶ Diximus enim in ꝑhabitis: q̃ accēs duplicē hz diffinitionē. acceptuz enīz vt q̃dā pars entis ⁊ nā nō pēdet nisi er ꝓprijs sue essentialitatis principijs ⁊ nō er suba subiecti. acceptū aūt vt passio sic diffinit p subm: velut in trīgulo rectilineo iest duos rectos hēre angulos ꝑm mēsurā quātitatis triū angulor q equales sunt duob⁹ rectis: sz illud qō sic dicit accēs ꝓtingit esse sempiternū tō q̃ subm est cā ipsius: ⁊ ideo posito subto ponit ⁊ ipm: accidētū vo prēdictor nullū cōtingit eē sempiternū. ⁊ huius qdē ratio iam assignata est in alijs locis. In secūdo enim phicor hoc est determinatum.

Mō q̃ēo accidēs duplicem hz diffōnem ⁊ q̃ēo ꝓsideratū vt est pars entis non pendet er suba. sed cōsidera q: tūc accidentis diffō nō esset diffō.

¶ Incipit liber sextus prime Philosophie qui est de accidente: cuius primus tractatus est de inquisitiōe ꝓpria prime phie: ⁊ de modo diffinitionis quo vtitur.

Tex. cō. ꝑmi.

¶ Cap. p'''. Que sit inquisitio ipsius propria.



Adnib⁹ iam determinatis que sapie huic ꝑambula esse videntur: nunc ingrere opz de ente ⁊ ptib⁹ entis ꝑm ordinē: ⁊ cū prima diuisio entis fit in subaz ⁊ accēs: ⁊ accēs ꝓprie fit demōstrabile de suba: eo q̃ accēs solū diffōnem ꝓprijssime accipiēdo diffōnē hz a demōstratiōe potentie differē. ē: opz q̃ id qō ꝑmo querit fit accēs: suba aūt ꝓnr aliū modū hēbit cognitionis. In ista. n. sapia q̃runt ꝑncipia ⁊ cause vere entiū. Vera āt entia sunt q̃ sūt er ꝑncipijs substātie cōposita: ⁊ talia entia pēdent ꝑm eē er ꝑncipijs ⁊ causis sui eē: ⁊ ī tō entia vere ꝑm q̃ sunt entia sciunt er ingnitiōe ꝑncipior ⁊ cāz: in ꝑhabitis aūt sepⁿ distinctio bita est iter ꝑncipia ⁊ causas. ¶ Qō āt ingrēda sint hec a nobis ꝑncipia ⁊ cause entiū vere ꝑm q̃ sūt entia: ꝑbat p iductionē pticulariū sciar. In medicina. n. pseruāte sanitatē: ⁊ i illa q̃ er egritur ꝑn⁰ ⁊ cause sanitatis ⁊ qualescētie: ⁊ ālr i mathematicis mathematicis: ⁊ sic totalr siue vlr ois snia spālis q̃ ē in scia er alijs cās ⁊ ꝑn⁰ et⁹ qō ārit i ipsa. ¶ Sz in hoc differūt q̃ aliq̃ earz sunt circa cās certiores ⁊ ꝑn⁰ certiora ⁊ magis ꝓpria: ⁊ aliq̃ sunt circa cās simpliciores ⁊ principalr simpliciora ⁊ magis vlia: sicut musica magis ē circa certiora ⁊ ꝓpria ⁊ determinata: ⁊ arithmetica est circa magis simplicia ⁊ vlia: ⁊ pspectiua est circa certiora: geometria autē circa magis simplicia: oēs tū ille ī ō pticulares scie dicte sunt: q: circa vnū aliqd sunt in pte entis determinatū: ⁊ de hoc vno circa qō sūt tractāt genus vnū entis sibi subm ⁊ tractāt de eo circūscrip te ⁊ pcise querēdo tū illa q̃ sūt illius generis inq̃ntū hoc ē. Sed nō querūt de ente simplr: nec inq̃ntū est ens: de ipso. n. q̃ est inq̃ntū simplr ē nullā oīno faciūt orationē diffinitiuaz: q: q̃uis forte aliqn̄ vtant diffinitiōe subē inq̃ntū suba est nō accipiūt tū tūc subaz inq̃ntū est suba: sed ad genus determinatū appropriāt eaz: ⁊ ī tō vētes suba simplr nō pcipiūt substantiā simplr: pp qō ēt nō vere q̃ sciūt sciūt nec vere demōstrant q̃ demōstant sine prie phie sapia. ¶ Iste igit scie pticulares accipiūt sciam de hoc ente inquātū est hoc in parte entis determinatū: ⁊ alie qdē scīar pticularīū palā faciūt hoc subm siue subatū: q̃ nos sensibile corpus vocamus hoc est sensibilib⁹ qualitatib⁹ distinctū: hoc enīz ens cōsiderat scia nālis: alie aūt aliā accipiūt entis cōditionez q̃ facit qd siue aliqd eē sic vel sic in aliq̃ pte entis determinatū: sicut est numerus vel cōtinua q̃ titas imobilis vel hmōi aliqd: ⁊ cōsiderat ea q̃ ꝑm se isunt illi generi circa qō sūt: vt de hoc qdē nēcium oēs demōstrāt: in hoc differētes q̃ q̃dā magis ⁊ firmius demōstrāt q̃dā aūt minus ⁊ ifirmius: sicut eni in ꝑn⁰ libri de aia nos dirisse meminimus. ¶ Scie duplr differūt abinuicē: vt. vz. nobilitate subiecti quēadmodū scientia de astris vincit geometriā: differūt ēt certitudine demōstationis: siē geometria vincit sciam de astris. Quia igit oēs scie ens ingrūt in pte: ⁊ de ipso iquirūt ea q̃ isunt ei ꝑm se ꝓnter accipit er taliū scīar iductiōe: q̃ in nulla earz est demōstratio subē in eo q̃ suba est: nec in aliq̃ earz demōstatio est eⁿ qō qd est in eo q̃ qd est: q: demōstatio subē i eo q̃ suba est ⁊ demōstratio eius qō qd est inq̃ntū qd est simplr ptinet ad istā sciam q̃ cōsiderat ens inq̃ntū est ens: q: alie subam ⁊ qd est simplr accepta nō vere cognoscūt sicut dirimⁿ: ⁊ ī tō de suba ⁊ qd est simplr acceptis alius modus ostēsionis est a pticularib⁹ scientijs: ⁊ iste modus prime phie est ꝓprius. ⁊ ālr pticulares scie nihil dicūt stabiliēdo ⁊ ꝓbādo si est vel non est genus subm circa qō sunt: sed relinquūt ipm̄ eē. ⁊ huius cā est: q: eiusdē scie est manifestū facere hoc ipm̄ qō est qd inquātū est qd: ⁊ ꝓbat hoc esse siue ostēdere si est hoc vel non est: sicut enīz ostēdimus in ꝑhabitis ista scia vel sapia q̃ vere er primis ꝓsiderat entis ꝑncipia sola vere dicit quid ⁊ er ipsis ꝑncipijs qdditatis ꝓbat eē subta pticularīū sciarum. Et iste est itells verus Arist. ⁊ Auer. errauit in exp̄one itentionis ipsius. dicit tū vex Auer. sz nō ad ꝓpositū. Est autē dictū ipsⁿ: q̃ suba nō demōstrat eo q̃ ipsa nō est de aliquo: q: quāuis forte suba scēa possit ostēsiue syllogizari de suba subta: tū scēa suba ꝓut est in ꝑdicato dicit quale qd q̃ ꝓprie est eē subale: ⁊ q̃le eēntiale ꝑdicat de eo q̃ vere est suba subta sicut ostēdet in sequēti hut⁰ opis libro. Adhuc āt hec via syllogismi ostēsiue hz posset fieri p diffōnē subē: tū nō est potissimus modus demōstationis: q: in potissimo mō demōstationis cā quare ꝑdicatū insit accipit in subto q̃ in diffinitione cadit passionis: ⁊ si debite sumat subm dicit ⁊ qd ⁊ ꝓpter qd: sicut si querat cā eclipsis solis nō est cā luna simpliciter. Sed luna in nodo caude draconis vel capitis ifra gradus eclipticos ad directā aspect⁰ diuersitatē opposita: ⁊ sic accepta vt subm ꝓprīū cadit in diffōne passionis. Cursus igit ⁊ trāsitus demōstonis est a subto in ꝑdicatū: a ꝑdicato aūt in subm nō est potissima demōstatio: neq; ēt est indigētia talis demōstationis: eo q̃ circa hoc nō ꝓtingit mētiri cuz vnū accipiat in alio. Et ī tō dicit Auer. q̃ genus de specie nō demōstrat: itelligens hoc de potissima ⁊ ꝓprijssima via demōstrationis. Dicit ēt Auer. q̃ eiusdē scientie est ostēdere ⁊ qd ⁊ an est siue si est hoc vel nō est: per demōstationē enim simplicē scitur qd est ⁊ per idē scitur eē in eo q̃ qd dicit eē: ⁊ sic scientia vnius ⁊ eiusdē questionis scitur quid est ⁊ si est: quādo bene ⁊ debite scitur quid est ⁊ per eandē scientiaz scit ꝓpter qd est: q: si vere scitur diffinitio scitur ois cā: q: mā scitur er genere ⁊ forma scit er differentia: ⁊ cū forma sit finis er forma scitur finis: ⁊ cū forma ēt sit er forma sicut sanitas sani vel sanitati est er sanitate que est i aia medici: sicut in septimo libro hut⁰ scie demōstabit. Scit ēt efficiens ꝑmus er forma. Er his aūt principijs probatur esse de eo de quo querit si est vel nō est: ⁊ sic pz q̃ in talibus eiusdē scientie est manifestum

Prio de aia tex. cō. ꝑmi.

Mō q̃r expō Auer. ⁊ si in se ēa sit nō tū est ad ꝓpositum.

Nū vere scit diffō scit ois cā. sed hoc idget ꝓsideratōe q: cognitio cārū intrinsecarū vz sufficere ad diffōnem.

manifestũ facere ⁊ si hoc est vel nõ est. Dicit Auer. ẽt q̃ genus nõ demõstat sicut dirim⁹: q̃ ꝓ ẽ vero dubitet de aliquo vtrũ sit vel nõ sit in rei veritate: tñ ꝓcepta spe quocũq̃ mõ in aia: nõ dubitat de gñe eo q̃ gen⁹ claudit in itellectũ spei siue sit ꝓcepta spes extra aiam siue nõ. Si.n. nullus supponat eẽ triãgulus in mã siue eẽ supponat sp verũ est triangulũ eẽ figurã: vnde triangulo existente figura dubitari pôt an triãgulus est vel nõ est: ⁊ cũ querit an hoc est vel nõ est sufficit ad pbãdũ q̃ sit: q̃ hẽat eẽ ꝑm q̃ eẽ ꝓsideratur in principijs ẽt q̃cũq̃ mõ: ⁊ hoc mõ an est pbatũ est per qd est ꝑm Auer. ⁊ ĩõ in principijs eẽ ens est: illud aũt qõ nec in principijs eẽ est nec fuit nec erit nec est in nã sua illud determinat ad nõ eẽ qñ q̃rit an hoc est an nõ est. Sic igit potissimo mõ suba nõ hz demõstationẽ: eo q̃ nõ est de alio. Sed hz aliũ modũ ostẽsionis qui vel est per cõpositionẽ vel diuisionẽ: vl forte aliq̃ parte sui per diffinitionẽ vel ẽt per accidẽtia que sicut in principio de aia dcũ est marimã partẽ ꝓferunt ad sciaz eius qõ quidest: q̃ aũt hoc intẽdim⁹ hoc est q̃ opz eẽ vnã sciaz que ꝓsideratur principia ⁊ cãs vere entis qõ est ex primis sube principijs composita suba sicut ante habitis determinatũ est.

Ter.cõ.ri.primo de aia.

¶ Cap.z'''. Q̃ tres sunt theorice essentiales.

Ter.cõ.2.

EX oibus autẽ p̃dictis accipit: q̃ pbica est scia circa qõdã genus entis: eo q̃ nõ circa subam est simplr: sed circa talẽ subam in qua est principiũ motꝰ ⁊ status: ita q̃ principiũ sit in ea siue intrisecũ: ⁊ q̃ hec suba nõ est cãta a nobis: neq̃ ab ope nr̃o: palaz est q̃ pbica neq̃ practica est neq̃ poetica neq̃ factiua. ¶ Distictũ aũt est iter actiũ siue practicũ ⁊ poeticũ siue actiũ a nobis ĩ 6° ethicoꝝ: poeticoꝝ.n. siue factiuaꝝ est p̃n''' qdem in faciẽte ⁊ hoc est p̃n''' primũ qdẽ qõ est itellect⁹ factiu⁹: aut ars que est p̃n''' cũ rõne factiuũ aut alia potẽtia q̃dã deficiẽs ab arte: sicut est industria scibiliũ quã qdã hũt ex habilitate nãe: ĩ oib⁹.n. itellectus strenu⁹ facit potẽtẽ: ars vo facit pfectũ ⁊ idustria facit habilẽ: ⁊ ĩõ dicit ꝓlo opa pueroꝝ eẽ notãda: qñ in primeuo ostẽdũt ad que sũt potẽtes ⁊ habiles: practicaruz vo q̃s ethicas vel ciuiles vel iconomicas vocãt est p̃n''' in agẽte: sicut ẽt in factiuis. Sed hoc p̃n''' est ꝓheresis siue eligẽtia ꝓferentiũ ⁊ honestoꝝ. Idẽ.n. dicim⁹ eẽ factũ in arte mechanica qõ est p̃uolũtariũ eo q̃ p̃n''' el⁹ est volũtas ⁊ itellect⁹. ¶ Colligam⁹ igit ex dictis dicẽtes: q̃ si ois scia aut practica siue moralis aut poetica siue factiua ⁊ artificialis: aut est theorica cũ practicaꝝ ⁊ poeticaꝝ sit p̃n''' in nobis facientib⁹: theoricaꝝ aũt sit p̃n''' extra nos ⁊ de quo est scia physica nõ sit in nobis: sed extra nos: manifestũ est sciam que est physica practicã nõ eẽ: sz theoricã siue ꝓtẽplatiuã. Est tamẽ theorica nõ circa ens ꝑm q̃ ens habens speculationez: sed circa tale determinatuz ens: qõ est pose moueri: ita q̃ p̃n''' mot⁹ ⁊ stat⁹ hz in seipso qõ est circa subam que est ꝑm rõnẽ formalẽ solũ: que ꝑm magis siue in plurib⁹ nõ est sepabilis: sed ꝓcepta cũ mã sensibili que subta est motui ⁊ mutatiõi. Si.n. est circa aliq̃ aliã formã sicut ifra dicem⁹: nõ tñ est circa formaz illã ꝑm q̃ est separata: sed potius est circa eã ꝑm q̃ est inclinata ad mãz talẽ qualẽ dirim⁹: sicut est aliq̃ aia que est itellectualis. ¶ Opz.n. qd erat eẽ siue rõnẽ diffinitiuã q̃ medium est in demõstatione oĩs theorice nõ obliuisci: q̃ sine rõne tali querere ꝓclusiões tales nihil est ꝓficere: q̃ si mediũ certũ nõ habeat in demõstatione nunq̃ certitudinaliter peruenit ad ꝓclusionẽ. Eoꝝ aũt que diffiniunt: ⁊ sũt ipsaꝝ diffinitionũ siue qd est q̃dã ita sunt ꝓcepta cũ determinata ⁊ sensibili mã: stẽ symmũ qõ ipso noie ⁊ diffinitiõe in se ꝓcipit nasum q̃ nõ est de q̃cũq̃ mã: sed de ea per quaz pôt esse sensus odoris. Quedã aũt diffinitoꝝ ⁊ diffinitionũ sunt sicut ꝓcauũ: q̃ nõ dicit nisi depssum in supficie: ⁊ supficies hz sit subm qõdã figure: nõ tamẽ dicit mãm detetminatã sensibilẽ aliq̃: sed vnius rõnis est in oi superficie. ¶ Differũt ergo ista duo in hoc: q̃ symmũ est ꝓceptũ qdẽ cũ mã sensibili determinata q̃ q̃ ꝓcipit in rõne diffinitiua. ĩõ nõ est vnuocũ qñ accipit in alia mã: sicut in naso lapideo vel ligneo. Dicit enĩ symmũ q̃ nasus ꝓcauus: ꝓcauitas vo ꝑm rõnẽ diffinitiuã est sine mã sensibili: q̃ hz superficies nõ hẽat esse nisi in mã sensibili tamẽ in rõne diffinitiua nõ ꝓcipit mãm sensibilẽ hanc vel illã. Sunt aũt oia quecunq̃ vere physica sunt diffinibilia sicut sunt ꝓcipiẽtia mãm sensibilẽ determinatã: sicut patet per inductionẽ: q̃ sic sunt nasus oculus facies caro os ⁊ totaliter aial ⁊ folũ radix corter: ⁊ totaliter plãta: ⁊ similiter lapis metallus: ⁊ ignis ⁊c. oia: hoꝝ.n. nullius est rõ diffinitiua sine mã in qua est principiũ motus ⁊ mutationis. Sed qõlz istoꝝ semp in sua diffinitione hz mãm cũ principijs motus ⁊ mutationis ꝓceptã. Et ĩõ palã est: qñ in p̃ habitis opz querere qd est ⁊ diffinire ꝓcipiẽdo in diffinitione mãz hmõi. Ideo ẽt de aia aliq̃ speculari est pbici. ¶ De oi.n. aia speculabit q̃cũq̃ nõ sine mã sensibili est: ⁊ talis est quecũq̃ est endelechia corpis pbici potẽtia vitã habentis. Si q̃ aũt aia nullus oino corporis est actus: de ipsa prout hmõi est nõ speculabit pbicus. Ex oibus aũt iductis pz: q̃ pbica nõ poetica vel practica est scia sz theorica. ¶ Hmõi sube qualis dicta nũc est: sic aũt per oia eadẽ de cã cũ principiũ sciendi qõ est mediũ in mathematicis nõ fit ab ope nostro neq̃ in nobis ẽt in mathematica oium est scia que est theorica veri. Sed si oĩs mathematica est imobiliũ ⁊ inseparabiliũ a mã mobili ⁊ determiata nõ est manifestũ nũc. Sed opz ꝓprãã de hoc alibi eẽ ꝓsiderationẽ: q̃ ipsa que de astris est mathematica videt eẽ de corpore qõ est ẽtermiate nãe mobilis sicut de celo ⁊ stellis: sed quo ad vnã el⁹ ptẽ que est de q̃titatib⁹ celestiũ: hz ꝓsideret id qõ mouet tñ non ꝓsiderat in eo principia motus: sed potius mensuras q̃titatis eoꝝ que mouent ⁊ motũ ipsoꝝ ⁊ ĩõ mathematica est illa ꝓsideratio. Altera aũt ps ipsi⁹ que ꝓsiderat effectũ astroꝝ in iteriorib⁹ miscet se physice: sicut dirimus in 2° pbicoꝝ: q̃ vo sufficit ad pũtẽ speculationẽ est: q̃ quedã mathematice scie speculant entia determinata iquãtũ sũt imobilia: ⁊ inquãtũ per diffinitiuã rõnẽ sepabilia a mã sensibili ⁊ determinata per hoc q̃ nullũ principiũ motus determinat numerus vel q̃titas ꝓtinua ꝑm qõ est mẽsura tñ: nec aliq̃ mãm sensibilẽ ita vendicat sibi q̃ vniuoce ꝑm esse nõ sit etiã in alia. Semp tñ speculat id cui⁹ est: nõ in eo q̃ est mobile ⁊ conceptũ mãe sensibili. Si vo est aliq̃ ens qõ simplr est imobile eo q̃ est simpler ⁊ ipartibile nullã habens magnitudinẽ penitus ⁊ sempiternũ: eo q̃ ipm est necesse vel imediate pendens ex eo q̃ est necesse eẽ: ⁊ est sepabile ꝑm esse ⁊ rõnẽ diffinitiuã: eo q̃ ipm nõ est nisi suba simpler: palaz est q̃ de hoc ipso est alicui⁹ theorice nosse cũ illius p̃n''' nõ sit in nobis: de hoc aũt nosse nõ est pbice: pbica eni nõ est nisi de mobilibus quibusdã: de hoc etiã nõ est alicuius mathematice: q̃ nulla mathematicarũ speculat nisi ea que ꝑm esse sunt conuncta: sed est alicuius theorice prioris his que ab vtrisq̃ diuersa est. physica nãq̃ est qdẽ circa separabilia: sicut vl separat a particulari: sed nõ est circa imobilia: eo q̃ in rõne diffinitiua ꝓcipit mãm determinatãz principijs motus. Quedã aũt mathematica est qdem circa imobilia: sed tñ forsan est circa ea que ꝑm esse sunt inseparabilia a mobili mã: sed est circa ea que ꝑm esse q̃ sunt in materia sensibili. ¶ Dria vo pbia que ab vtrisq̃ diuersa ẽ: ⁊ circa imobilia simplr est: ⁊ circa simplr sepabilia. Immobilia vo entia sũt simplr cãe omnes: que sunt sempiterne nõ subiecte motui ꝑm esse vel ꝑm rõnem: tales aũt maxime sunt cãe esse ꝑm q̃ est. Tales.n. cãe sunt diuine: ⁊ sunt cause his singularibus que manifesta sunt in mũdo. Omnia.n. hec ꝓcedũt ex his que diuina sunt sicut ex causis ⁊ principijs primis: pz igit ex oibus que inducta sunt q̃ tres erunt pbie theorice: ⁊ nõ plures: mathematica. vz. ⁊ physica: ⁊ theologica siue dina. hoc aũt late in primo hui⁹ sapie libro a nobis disputatũ est.

Mõ qõo dint symmũ ⁊ ꝓcauum.

Vide pro hac sntia Auerroẽ ꝑmo met. cõ. 19. ⁊. 12. meta. cõ. 44. ⁊. 2°. celi. cõ. 57. et 2. phy. cõ. 18.

¶ Cap.3'''. Q̃ hec scia sit dina ⁊ honorabilissima ⁊ vtis ⁊ p̃°.

Ter.cõ.3.

NOn.n. est alicui nõ manifestũ: q̃ si in aliq̃ scibili diuinũ intus existit: tũc opz q̃ in tali nã imobili ⁊ separata ⁊ simplici existat. vñ sicut in pbicis pbica sũt in quoꝝ diffinitione cadit nã que est simplr nã: ⁊ hec est foia: eo q̃ oẽs alij modi nãe ꝓportione illius nãe dõr nã. Ita in pria pbia oia dõr diuina: eo q̃ in diffinitiõe eoꝝ cadit de⁹: q̃ sicut inferius late prosequemur oia alia exeunt a primis principijs diuinis: ⁊ in ipsis sunt sicut artificiata in mẽte artificis: ⁊ sicut artificiata resoluunt ad lumẽ intellectus primi actiui: ⁊ per ipm diffiniunt: ita oia resoluunt ad lumen separatarũ substãtiarũ: ⁊ ipse separate substãtie resoluunt ad lumẽ itellect⁹ dei per qõ subsistũt ⁊ per ipm sicut per primũ p̃n''' diffiniunt. ⁊ hec est cã q̃ diuina ⁊ theologica dr hec

sapia. Opz aũt honorabilissimã sciam eẽ circa honorabilissimũ genus subm: est aũt honorabilissimũ gen⁹ subm hoc q̃ est diuinũ: diuina igit̃ est honorabilissima scia: sicut eni in prio hui⁹ sapie libro ꝓbatũ est: theorice scie sũt desiderabiliores alijs sciẽtijs oib⁹: que vel sunt practice vel poetice sive artificiales vel adminiculãtes sicut sũt logice. Ista aũt sapia desiderabilior est iter theoricas: eo q̃ sicut dirim⁹ ipa stat in lumine itellꝰ diuini quo scito nihil inuenit̃ vltra que rẽdũ: ⁊ ĩ ꝯ hoc ẽ scire q̃ oẽs hoies nãlr desiderãt. ¶ Et hoc aũt qd̃ dirim⁹ primã phiã eẽ circa diuina imobilia ⁊ separata ⁊ simplicia. Dubitabit fortasse aliqs vtr ipa scia sit vlis sicut sepe tã dirim⁹. Aut forte sit circa aliqd̃ gen⁹ subm vnũ: ⁊ circa nãm vnã determinatã: ⁊ sic sit scia pticularis sicẽ ⁊ alie scie: que circa vnã partẽ entis ꝯtẽplant̃. Sz hoc soluit̃ q̃ nõ est idẽ modus in mathematicis ⁊ phicis que sũt circa vnũ ens determinatũ ⁊ ĩ diuinis scia: q: geometria ⁊ astrologia sũt circa aliq̃ nãm cui⁹ p̃n̄ nõ sunt oium p̃n̄: neq̃ sunt p̃n̄ entis ꝑm q̃ est ens: ⁊ ſlr est de phica. Illa vo quã diuinã vocam⁹ est cõis oiuz: que lz sit de deo ⁊ diuinis est tũ de his ꝑz q̃ illa sũt p̃n̄ vniuersi eẽ: per hoc q̃ sunt p̃n̄ entis ve ꝑm q̃ est ens: ⁊ hec est suba nõ nisi er principijs sube inquãtũ suba est cõposita: hoc.n. phat̃ a ſlr. Si.n. vt qdaz phoz direrũt: nõ est aliq̃ suba diuersa erũs a phicis subijs. Sed oẽs sube resoluunt̃ ad illã subam quã principalr ꝓsiderat phs: ⁊ q̃ nomẽ ⁊ rõnẽ sube phice dat oibus alijs: tũc oporteret q̃ phica eẽt scia pria ⁊ vlis. Si q̃ est aliq̃ scia de suba imobili q̃ p̃n̄ est vniuersi eẽt prior q̃ phica: segt̃ q̃ illa sit phia pria ⁊ vlis. Et qr ipa est pria: opz q̃ ipa sit speculatiua primoz ⁊ vliuz: est igit̃ eẽ ipsi⁹ de ente iquãtũ est ens speculari: ⁊ ea speculabit̃ que isunt enti iquãtũ est ens. Oia.n.hoc reducit ista in p̃n̄ vniuersi eẽ: cui⁹ itellus cã est entis nõ inquãtũ est hoc ens vel illud: sed iquãtũ est ens simplr: hoc.n. ens esse vel illud: hz a determinãtibus se ⁊ distinguentib⁹: ⁊ inquãtũ per illa ꝓsiderat̃ in ꝯtemplatione cadit scientiaꝯ particulariũ: in cõmuni aũt determinantia ipm̃ sunt duo: quãtitas. vz. ⁊ motus principia: esse.n. primũ nõ pẽdet nisi er ipsũ principijs esse ⁊ sube: ꝓsequit̃ aũt illud ꝑm intellectũ mẽsuratum esse: q̃titatẽ nõ ꝓcernẽs sensibilẽ mãm. Ultimo aũt determinãs est id qd̃ fit er p̃ncipijs mot⁹ ⁊ penes ista tria sunt accepte tres theorice: ⁊ iter illas sola pria est dina phia ⁊ vlis.

Mõ deductionez illationis quã phs inuit eẽ ad hoiez ꝗ modernos. vide ẽt ꝑ B. 4. me. tex. cõ. 7. ⁊ p̃mo meta. cõ. 18.

¶ Tractatus secundus serti libri metaphysice qui est de eo q̃ accidit per accidens.

¶ Cap. p̃m̄. Q: de eo qd̃ accidit per accidens nõ est aliqualiter speculatio practica vel theorica.

Tex. cõ. 4.

rimũ: ⁊ in potẽtia remota est in mã remota: ⁊ designatio illius potẽtie est genꝰ remotũ: ⁊ sic semp egredit̃ actꝰ de potẽtia: eo q̃ oẽs differẽtie in ambitu alicuꝰ generis ꝯtinent: ⁊ educunt̃ de illo: ⁊ iõ cũ ꝓducunt̃ in eẽ res nõ fit forma ex nihilo: ⁊ cũ resoluunt̃ entia nõ cedit forma in nõ esse. ¶ Hec aũt forma generis que ichoatio formaꝫ est intrisecũ mouẽs est ad ḡnationẽ nãlez q̃ excitat ⁊ qualescere icipit p motuz efficiẽtis q est in actu pfecto. ¶ Ex dictis igit̃ ꝯstat: q̃ oẽ cõpositũ est qd aliud a suis componẽtibꝰ: hoc aũt quid aliud a cõponẽtibꝰ elemẽtis forte diceret aliqs esse aut elemẽtuz aut ex elemẽtis: ⁊ sic subaz cõpositi nõ eẽ nisi mãm: hoc aũt sic iprobat: si eniz hoc est elemẽtũ itez eadẽ ratio est de isto sicut de alijs: qꝛ. vz. caro in hoc ⁊ alia resoluit̃: ⁊ sunt non caro: ex his aũt que sunt non caro non fit caro nisi aliquo alio addito: q̃ facit carnẽ esse carnẽ: igit̃ opz illis itez addi. addatur igit̃ sertũ elemẽtũ illis: hoc itez post resolutionem ⁊ ante ḡnationẽ carnis sunt nõ caro: itez igit̃ nõ fit ex illis caro: nisi aliquo alio addito: ⁊ tũc itez quero si hoc sit eꝫntũ: ⁊ hoc modo ꝓcedã inãfinitũ addẽdo: ex hoc enim ⁊ igne ⁊ terra ⁊ alijs oibus elemẽtis: ⁊ amp̃. alio q̃ est ꝓter ea additũ eis caro: erit ergo illud sic ꝓcedẽdo vadit in ifinitũ: ⁊ si dicatur q̃ est ex elemẽtis illud additũ: tunc nõ est ex vno elemẽto: sed ex pluribꝰ: nihil eniz est ex vno cõpositũ: hoc igit̃ aut illud idẽ erit cõpositũ ex elemẽtis: ex eo q̃ ex ipso sic cõposito ex elemẽtis cõponit̃: aut erit aliud: ⁊ postq̃z ipm est per compositionẽ: tũc cũ elemẽtis cõponit aliud qõ est ex ipso: ⁊ quocunq̃z horꝫ duorꝫ modorꝫ dicat̃ in ipso eandẽ dirimus rõnez quã dirimus de carne ⁊ syllaba: hoc eniz resoluit̃ in componẽtia que sunt nõ illud igit̃ non fit ex ipsis nisi quodã addito: ⁊ sic idẽ sequit̃ q̃ prius. Si aũt qs dicat q̃ dato q̃ cõpositũ est ex forma ⁊ materialibꝰ: idez sequit̃ sic: fit eniz cõpositũ ex. a. ⁊. b. ⁊. c. materialibꝰ ⁊. d. sicut forma: ⁊ fit cõpositũ totuz e. dico igit̃. e. totũ cõpositũ est ex. a. b. c. ⁊. d. ergo resoluit̃ in illa: illa aũt nõ sunt. e. ergo. e. nõ fit ex illis nisi aliquo addito fit illud. f. ¶ Itez ꝓcedo sicut prius. e. eniz resoluit̃ in. a. b. c. d. f. que nec oia nec singula sunt. e. ⊖. igit̃ non fit ex ipsis nisi aliquo addito: ⁊ hoc ꝓcedit in ifinitũ sicut prius: videt̃ igit̃ nõ ꝯcludere ratio iducta. ¶ Ad hec ãt rñdẽtes dicimus q̃ ratio iducta de necessitate ꝯcludit: ꝯz cũ additũ sit elemẽtis forma dans eẽ cõpositũ nõ resoluit̃ in formã ⁊ mãlia manentia: qꝛ forma nõ manet nisi ꝑm potẽtiã sicut dirimꝰ ante: ⁊ iõ postea ex ipsa ⁊ illis mãlibꝰ ⁊ alio addito nõ fit vnũ sed potius formã de mã educit̃ generãs: ⁊ ipsa dat eẽ ⁊ nomẽ composito: ⁊ est quidditas ipsius: vnde hoc additũ elemẽtis videtur esse elemẽtũ: ⁊ cã quare hec est caro: ⁊ hec syllaba. Dico aũt elemẽtũ non mãle sed itrinsecũ ꝯstituẽs ⁊ sic hoc additũ est totũ ipsius esse: qꝛ post suũ eẽ non nisi mã est: que nihil est de esse: ꝯz esse quorũdã fit in ipsa sicut ante dirimꝰ de causa ⁊ substãtia carnis ⁊ syllabe: ita est i oibus alijs ex materia ⁊ forma cõpositis: siue vocent̃ simplicia sicut elemẽta: siue vocent̃ composita sicut materialia ⁊ plante ⁊ animalia. forma eniz materie addita substãtia est singulorꝫ: hec eniz forma est prima ⁊ prorima causa ipsius eẽ quo vnũquodq̃z est id qõ est: esse enim ꝓprius est actus ipsius.

¶ Caꝑ. 10ᵐ. De natura formaꝫ accidentaliuz: ⁊ qualiter distinguuntur a forma substantiali.

Tex. cõ. 60.



Uomodo vo quedã forme que etiam addite sunt elemẽtis in cõposito nõ sunt sube: eo q̃ nõ dant eẽ simplr: sed potius causat̃ a subiecto in quo sũt sic forme accidentales. ¶ Opz q̃ quecũq̃z forme que sunt substãtie rez sint sube ꝑm ipsam rei nãm: ⁊ ipsa forma rei cõstitute nã est ꝓpria ⁊ cũ nã ꝯstiterit ꝑm actuz ꝯstituta: tunc manifestabit̃ qbꝰ accidentibꝰ ipsa nã est subs̃tãs substãtia: vt subm cuꝰ esse qõdã est forma accidẽtalis: sicut in ꝑncipio huius septimi dictũ est. Ab ipsa enim substãtia cõposita per formã mãz continẽtẽ ⁊ terminãtẽ fluunt virtutes in mã: ⁊ ab ipsis causant̃ forme accidẽtales in cõposito. Et ideo quedã istarum tur mãm: sicut nãles ipotẽtie. ⁊ quedã causant̃ a passionibꝰ vel actionibꝰ subiecti sic ꝯstituti. ¶ Oẽs autez tales forme sunt esse ꝯsites: ⁊ non bñt qdditates absolutas a substãtia: ⁊ ideo etiã non bñt absolutã a substãtia diffinitionẽ: ⁊ huꝰ cãm iam in antebabitis dixímus: q̃. vz. vnũqõq̃z diffinitur per se constituẽs in esse principiorꝫ. Et ideo cuz huꝰ forme in esse ꝯstituant p substãtiã: opz q̃ etiã p substãtiã diffiniantur: ⁊ ideo ẽt absolute eẽntie nõ sunt: quarꝫ actus sit eẽ: sed potius ab eẽ dicunt̃ eẽntie: si nomẽ essentie eis attribuatur iproprie. forma aũt substãtialis: que vere substantia est non ꝓprie dicit̃ eꝫntũ sed ꝑn̄ᵐ: ⁊ cã ꝓprie vocat̃ eo q̃ ipsa totius esse est cã ⁊ ꝑncipiũ ⁊ aliquo mõ finis: eꝫntũ vo est mãle ꝑncipiũ ꝓprie loquẽdo: in qõ diuidit̃ ⁊ resoluit̃ id qõ ex materialibus cõpositũ est sicut in mãm manentẽ ⁊ incorruptã: sicut syllaba ba. resoluit̃ in sonans ⁊ ꝯsonãs. a. ⁊. b. forma aũt non est in qõ resoluit̃ compositũ ex mã ⁊ forma: qꝛ forma nõ manet: sed sicut generat̃ per accidens. ita etiã corrumpitur per accidẽs in potẽtiã mãe: ex qua educit̃ per generationẽ: sic igitur demõstratur q̃ forma est ꝓter mãm aliquid additum composito: q̃ multi negauerunt.

Foꝛa subalis nõ ꝓprie eꝫntũ sed ꝑn̄ᵐ dicit̃. vide. 5. meta. cõmen. 4.

¶ Incipit prime pbie liber. viij. que ẽ de substãtia: ꝑm q̃ ipsa est forma ⁊ actꝰ ⁊ natura.

¶ Tractatꝰ primꝰ eiꝰ est de manifestatiõe q̃ mã est suba: ⁊ q̃ foꝛa est talis substãtia.

¶ Caꝑ. ꝑᵐ. Que sit libri intentio ⁊ quis modus in ipso.



Ex eis que dicta sũt de substãtia ad quã referr̃ diffinitio syllogizare opz ⁊ colligere de suba ꝑm q̃ ipsa est forma ⁊ actus ⁊ nã eius cuiꝰ est substãtia. Copulatim igit̃ colligẽtes ⁊ syllogizãtes ex ꝑn̄ cipijs substãtie ꝑinductis ostẽdemꝰ eãdez substãtiã ad quã referr̃ diffinitio eẽ formã ⁊ actũ ⁊ nãm diffiniti: ⁊ hoc facto finẽ intentũ attingimꝰ in sermone de substãtia: hoc eniz solũ dicẽdũ remãsit de principijs substãtie sicut pz ex diuisione que in ꝑn̄ᵒ septimi libri in hac eadẽ scia iducta est. ¶ Hec igitur nostra est intentio in hoc octauo prime pbie libro. dictuz est. n. in antebabitis: qꝛ in hac sapia vere entiũ hoc est substãtiaꝫ querunt̃ cause ⁊ ꝑncipia ⁊ eꝫnta qꝛ sine hijs ens vere nõ cognoscit̃ cui ꝑn̄ᵐ fit id a quo fluit res primo cui ꝓuenit vnũqõq̃z analogũ per primã ipsius rõnẽ ⁊ alia sunt modi ipsius ligde colligitur q̃ siue hoc insit rei siue nõ: sed modus eiꝰ sine hoc nõ põt sciri id cuius ipm est ꝑn̄ᵐ de cã est hoc magis euidẽs. cã eniz est quã sequtur aliud sicut ostẽsum est in primo ⁊ scõo huius sapiẽtie libro: ⁊ iõ siue insit cã p eẽntiã siue nõ sine ipsa nõ scit̃ id qõ querit̃. ⁊ hoc ẽt in multis ad ꝓprietatẽ huiꝰ sapie spectantibꝰ planũ est videre: qꝛ nec fluẽtia a prima cã ⁊ ab alijs separatis cognoscere possumus nisi illis cognitis: cũ trũ nulla illaꝫ causaꝫ elemẽtũ sit sui causati sed lumine suo constituat ipm sicut in sequẽtibꝰ ostẽdẽt: nec etiã accidẽtales forme cognoscunt̃ sine cã sua que est substãtia subiecta: cum trũ substãtia subiecta nõ sit eꝫntũ accidẽtis: ⁊ in substãtijs sensibilibꝰ multa causant̃ ex celestibus: cũ trũ nullũ celestiũ sit elementũ iferior ⁊ sic se hz influẽtia itelligẽtie supra animaz ⁊ in causalitate vite ⁊ sensus ⁊ imaginatiõis ⁊ desiderij ⁊ motus que causant̃ ab aia in corpore: tales aũt cause querunt̃ in hac sapiẽtia: ⁊ sine eis nõ põt sciri qõ querit̃. elemẽtũ aũt est qõ ingreditur in esse rei sicut diffinientia ingrediunt̃ diffinitũ: ⁊ constat q̃ sine illis substãtia sciri non põt. ¶ Ex oibus igitur hijs planũ est videre q̃ volentibꝰ nobis inquirere substãtiã que est actus ⁊ nã: ex talibus inquirere opz.

¶ Caꝑ. ꝑᵐ. De diuersitatibus substãtie que est nã rei ⁊c.



Substãtie aũt que sunt nature reruz duplr ab antiquis determinant̃. quedã substãtie cõiter cõcesse sunt ab oibus eẽ substãtie. iõ q̃ primo substẽt ⁊ in se subsistũt. Alie aũt sunt nec ideo dicte substãtie qꝛ substãt: sed qꝛ subaz faciunt esse id qõ vere est: ⁊ de illis nõ est adeo manifestũ q̃ sint sube: ⁊ iõ de illis qdã priuatos ⁊ proprios enuntiauerũt sermões: quidã. n. illas negauerũt esse subas que non substãt alijs entibꝰ. ¶ Quidã aũt ꝯnis cõcedãt has eẽ substãtias: trũ qdã eoꝝ ens dixerũt esse numeros: ⁊ qdã mathematica: ⁊ qdam armoniã: ⁊ quidã separata que vocant ideas: sicut septꝰ in antebabitis dictũ est. Ille vo sube que sube esse cõfesse sunt ab oibus sunt pbice que subijciuntur motui ⁊ mutationi: vt ignis ⁊ terra ⁊ aq̃: ⁊ alia copa simpli-

cia que ꝑm diuersos diuersimode ponunt: ⁊ in scdo loco cõfitent esse substãtias que sunt ex hijs sicut sunt plãte ⁊ ptes plantarꝫ ⁊ aialia ⁊ partes aialiũ tam homogenee q̃ etherogenee: ⁊ corpora que sũt oiũ finis ⁊ extremitas ꝓtinẽs que nulli nituntur sicut celũ ⁊ partes celi. proprijs aũt ⁊ priuatis ⁊ nõ cõiter ꝓfessis sermonib⁹ quidã dicũt eẽ substãtias ⁊ naturas rerꝫ spẽs ideales: ⁊ hoc tõ dicũt: qꝛ etiã mathematica q̃ruis sint separata a rebus dicũt esse substãtias rerꝫ: ⁊ naturas: alias aũt subas sequtur esse substãtias ex ipsis subẽ rõnibus: qꝛ. vꝛ. sunt ꝑncipia ꝓstituẽtia subaꝫ designatã ⁊ cõpositam sicut diffinitio qd erat esse significãs siue quidditas ⁊ subm cuius est differẽtia ⁊ actus. ¶ Amp. aũt ꝑm hãc eandem rõnẽ genus q̃ ꝑm sui nãm est qd substãtie speciei magis ⁊ per prius est suba q̃ spẽs ⁊ vlẽ magis est suba q̃ singularia: sed hoc est aliter siue p aliã substãtie rõnẽ q̃ superius inducta sit. mã enim ab eo q̃ est primo substare suba dicta est: idiuidue aũt sube designate dicte sũt eẽ substãtie: qꝛ primo ⁊ principaliꝛ ⁊ maxime substãt: sed spẽs ideales ⁊ mathematica: tõ dicte sunt substãtie: qꝛ cũ in se separate sint cã sunt alijs q̃ sunt ⁊ dicunt substãtie. ¶ Genus aũt ⁊ vlẽ substantie sunt: qꝛ sunt in rõne sube qꝛ non diffinit neq̃ diffinit nisi vlẽ: ⁊ primũ vlium diffinẽtiuꝫ est genus ⁊ vltimũ diffinitiuꝫ est spẽs que est totũ esse singulariũ. Et tõ in hac rõne substãtie magis est suba genus q̃ spẽs: ⁊ magis est suba vlẽ q̃ singulare: vlẽ vo ⁊ generi etiã idee copulant ꝑm eos qui ponũt ideas eẽ rerꝫ formas ⁊ naturas: qꝛ ꝑm eãdẽ que dicta est rationẽ videntur esse substãtie. q̃ enim ponũt ideas dicũt eas esse rerꝫ singulariũ ꝑncipia: qm aũt sermo diffinitiuus q̃ significat qd ditatẽ est suba: ⁊ hec ratio designãs ipm ẽ diffinitio: ideo in antehabitis de diffinito siue de suba ad quã primo ⁊ per se refert diffinitio determinatũ est. ¶ Adhuc autẽ qꝛ diffinitio nõ est simpler: sed rõ cõposita est: ⁊ oꝫ ratio talis hꝫ partes. Ideo necesse est nobis ꝓsiderare de partib⁹ diffinitionis: vtrũ. vꝛ. designata noibus partium sint substãtie ⁊ nature rerꝫ vel nõ: ⁊ que sint de ipsis partib⁹ diffõnis partes substãtie ⁊ que nõ: ⁊ opꝫ ꝓsiderare si easdẽ partes diffõnis diffiniri opꝫ aut nõ. cũ. n. substãtia que vere diffinibilis est diffinit videnꝫ partes diffõnis esse substãtie: cũ aũt accidẽs diffinit nõ videt sic esse: simiꝛ aũt ptes diffinitionis nõ prime diffinibiles eẽ videnꝫ: prime aũt nequaq̃. ¶ Amp. autẽ ꝑm supius bene determinata: nec vlẽ est suba in rõne vlis nec genus in rõne generis: qꝛ nature simplici que est substãtia rei accidit vlẽ esse p hoc q̃ est separata p itellectũ: ⁊ cuidam tali nature accidit eẽ genus p hoc q̃ est prima potẽtia ambiens oẽias que sũt eius q̃litates: sicut pꝛ ex suplus determinatis: ⁊ tõ de hmõi hic dimittimus cũ nõ queramus hic nisi subaꝫ que est nã rei ꝑm suũ esse vel ꝑm q̃ ipsa est id qõ est: de ideis vo ⁊ mathematicis: vtrũ sint substãtie rerũ vel nõ posterius pscrutãdũ erit in vltimis huius sapiẽtie libris duodecimo. vꝛ. ⁊ terciodecimo: hoc aũt auctores earũ dicũt esse preter sensibiles substãtias: nũc aũt tractabimus de manifestis substantijs que ab oibus confesse sunt: ⁊ hee sunt substãtie sensibiles: nec tractabimus de eis ꝑm q̃ sensibiles sũt: qꝛ hoc ptinet ad phyſicũ: sed potius tractabimus de sensibilibus ꝑm q̃ ipsoꝝ substãtia pendet ex substãtie ꝑncipijs primis que sunt actus ⁊ natura sensibilium.

Tex. cõ. 2.

Qualiꝛ ꝓsideratio de sensibilib⁹ subijs i metaphysica differat a nãli de eisdẽ consideratiõe. vide et Cõ. 12. meta. ꝑmo. t. 29. cõ. t. 7. met. eõ. 5. t. 9.

¶ Cap. 3ᵐ. De substantijs que sunt vera rei natura ⁊ qualiter probatur q̃ materia talis sit substantia.

Ed sensibiles sube sicut oes cõfitent mãz quidem bñt. sicut quãdã nãm sui: hoc enim q̃ dico mãz hẽre cũ oꝫ mã in moto corpore cõsideret sicut in scdo hui⁹ sapie libro ꝓbatũ est: idez est q̃ mãm ſtualẽ in potẽtia ad vbi ⁊ formaꝫ aut in potentia ad vbi hẽre: ⁊ hoc est cã eius q̃ est sensibile ⁊ sic per se est ita sensibilis suba hꝫ mãm ⁊ ꝑdicatũ eius in rõne subiecti. Substãtia tũ aliter qdẽ est mã ⁊ aliter est rõ ⁊ forma quaꝫ vtraq̃ est nã sensibilis specie designate. ¶ Dico aũt mãm in quolibet cuius ipsa mã est nã quedaꝫ que nõ est aliqd ens actu ⁊ pfectũ ptãte vo est hoc aliquid. sicut enim in pcedentibus dirimus si accipiat mã vt altera pars cõpositi nõ est predicabilis de eo cuius est mã qꝛ sic est actu ens: ⁊ accipit vt ens quoddã ⁊ nõ vt eẽ, ꝑpter qõ de nullo ꝑm rectũ predicabilis sed oblique: ⁊ si accipiat vt in potẽstate ad formã: tũc ipsa nõ accipit vt ens sed vt eẽ: ⁊ sic designatur per genus q̃ predicat de eo cuius est genus: ⁊ ideo mã qdem nõ est genus sed tũ genus non est sine mã: ⁊ ideo sic dicit q̃ mã potestate est hoc aliqd: qꝛ ipsa est hoc aliqd ꝑm esse inchoationis sicut sepe dirimus. Aliter vo dicitur substãtia rõ ⁊ forma: forma qdẽ qua hoc aliqd cõpositũ ens est hoc aliqd ⁊ ipsa est vera nã eiꝰ. ¶ Et accipit ẽt foꝫa duobus modis. vno qdẽ modo ꝓut ipsa nã ⁊ actus dans esse ⁊ substãtiã ei cuiꝰ est nã: ⁊ sic ꝑdicat de ipso: tõ q̃ ipsa hoc modo ꝓsiderata totum est eẽ ipsius. Alio aũt modo accipit vt eẽntia q̃dã separata ⁊ sic est pars accepta: vt ens ⁊ non vt eẽ: ⁊ hoc modo nõ predicat de eo cuius est forma: ⁊ qꝛ hoc loqui suscepimus de substãtia ꝑm q̃ est nã rei substãtiate: non loquemur hoc de mã nisi ꝯz q̃ ptãte est hoc aliqd: ⁊ de forma nõ loq̃mur nisi ꝯz q̃ ipsa est actus eius q̃ est hoc aliqd ⁊ est ꝑdicatũ de ipso. forma. n. rõne abstrahẽte est separabilis sicut dirimus. tertiũ vo qõ ẽt substãtia est illud est cõpositũ q̃ est ex hijs ⁊ est substãtia designata cuiꝰ solius gñatio est ⁊ corruptio ⁊ motus: qꝛ nõ generat nec corrũpit nisi cõpositus: ⁊ hoc in sequẽtib⁹ huiꝰ octaui libri ꝓbabit: substãtia ẽt est id qõ est simpler in esse ⁊ nã separatũ: qꝛ ꝑm rõnẽ ⁊ ordinẽ substantiaꝫ q̃dã sunt substãtie separabiles: q̃dã aũt nõ: de quib⁹ in vndecimo huiꝰ sapie libro perquirek. ¶ Quia vo mã sit substãtia palã erit ex hijs que dicã: sicut. n. in pbicis oliꝫ determinatũ est in oib⁹ motib⁹ ⁊ mutationib⁹ que sũt iter opposita est aliqd qõ est q̃si fundamẽtũ firuꝫ ⁊ subm motib⁹ ⁊ mutationib⁹ illis sicut in motu ꝑm locũ: opꝫ esse aliqd q̃ idẽ manẽs ferk in toto motu ⁊ nũc est hoc: ⁊ itꝰ postea in substãtia manẽs ibi ⁊ sic idẽ manẽs in tota situs renouatiõe: eodẽ aũt mõ ⁊ in augmẽti motu idẽ in suba est q̃ nũc est tñi: ⁊ postea minus vel maius: ⁊ siꝰ in alteratiõe idẽ in substãtia est qõ nũc est sanũ: ⁊ postea i motu q̃ est de sanitate ad egritudinẽ laborat: ⁊ hoc planũ est in motib⁹ q̃ sunt de subiecto ad subiectũ. ¶ Et hoc aũt verꝫ in mutatiõe que est ꝑm subiectũ: qꝛ hẽ substãtiã est ꝑmuꝫ gñationis ⁊ corruptionis ⁊ idẽ fundamẽtũ q̃ nũc est in gñatiõe: ⁊ itꝰ erit in corruptione. ⁊ illud qdẽ fundamẽtũ nũc qdẽ est subm q̃si aliquid ens generatũ ⁊ pfectũ q̃ itꝰ idez subiecto manẽs erit subm q̃si ꝑm priuationẽ: que est ꝑm nõ eẽ hoc ⁊ in hijs mutationib⁹ esse mãm que fira manet in tota mutatiõe: ⁊ est ꝑmuꝫ subm gñationis ⁊ corruptiõis. ¶ Sequunt alie mutatiões: quia quicqd generat alterat ⁊ augmẽtat ⁊ mutat ꝑm locũ: subm aũt ⁊ fundamẽtũ aliaꝫ mutationũ nõ necessario sequit vna aut due: aut plures mutatiões ꝯz formã mutationis dicte. qꝛ nõ sequtur: si aliqua nã est firũ fundamẽtũ in loci mutatione q̃ eadẽ sit fundamẽtũ firũ in generatione ⁊ alteratione ⁊ augmẽto: nõ est eni necesse si qd hꝫ mãm localẽ q̃ etiã hẽat mãm generabilẽ ⁊ corruptibilẽ: que aũt differẽtia sit iter fieri aliqd simpler ⁊ iter fieri aliqd non simpler in pbicis dictum est in libro q̃ de gñatione ⁊ corruptiõe vocat. ¶ Ex oib⁹ aũt que dicta sunt syllogizari ꝓuenit q̃ qcqd est firũ fundamentum vnũ ⁊ idem manẽs in omni ⁊ tota trãsmutatione sensibili est suba ⁊ nã eoꝝ. mã enim est firũ fundamẽtũ vnuꝫ ⁊ idem manẽs etiã in omni ⁊ tota trãsmutatione sensibiliuꝫ. Materia igitur est natura ⁊ substantia eorum.

Foꝫa duplr accipitur.

Tex. cõ. 4.

Prio de generatiõe. tex. com. 11.

¶ Cap. 4ᵐ. De opinione Democriti de substantia que est forma ⁊ natura sensibilium ⁊c.

Ed quoniã ab oibus etiã primis ꝑhantibus cõfessum est subiectã mãm vt subiectã mãm eẽ subaꝫ ⁊ nãz sensibiliũ: ⁊ q̃ illa mã q̃ ẽ ptãte hoc aliqd vt paulo ante dirim⁹: tõ vlteri⁹ ad hoc ꝓbatiões iducere nõ opꝫ: igit nũc dicere ꝓuenit nobis eã subaꝫ sensibiliũ q̃ est q̃si actus ⁊ nã formalis sensibiliũ: ⁊ de hac qdẽ multi vt dirimus pro priosiã ꝓtulerũt sermones. ¶ Democrit⁹ q̃ q corpa idiuisibilia ꝓfessus est eẽ sensibiliũ mãm tres primas oẽias eẽ simul existimat. ita q̃ nulla illaꝫ triũ reducat ad aliã sicut ad priorẽ nã ꝑm istũ corp⁹ idiuisibile est vnũ ⁊ idez: sed differt formalib⁹ differẽtijs. Risimo tropi diatigi: ⁊ risimũ qdẽ vocat figurã ꝓ numeꝫ lineaꝫ ⁊ angulos indiuisibilium eo q̃ q̃dã athomos sũt trigona ⁊ q̃dã tetragona: ⁊ sic de alijs figuris: tropi aũt ꝓuersionẽ ꝑm positionez ⁊ situm dicit eo q̃ quedã sunt suprapposita in composita quedã infra ⁊ quedaꝫ a dextro ⁊ quedã a sinistro: ⁊ quedaꝫ ante ⁊ quedam retro. ¶ Diatigin autẽ dicit ordinẽ eo q̃ in qbusdaꝫ componitur

Tex. cõ. 5.

trigonū cū rotundo ⁊ in qbusdā cū tetragono: ⁊ in qbusdaz orthogoniū cū orogonio: ⁊ in qbusdā cuz pētagono ⁊ sic de alijs: er hijs trib⁹ diuerse sensibiliū causanť dīe q̄ sunt nāe eoꝝ ⁊ forme. ¶ Hec igiť iste dicit primas formaꝝ differentias. Sed hoc mirabile q̄ tres istas oium sensibiliuz posuit formaꝝ dīas. videnť. n. multe eē sensibiliū formales dīe q̄ ad istas tres reduci nō pñt. Alie enim dñr dīe cōpōne que est cōplerio māe sicut oia quoꝝ cōplerio in mixtura consistit sicut est in artificialib⁹ mellicratū miscē er aqua ⁊ melle ⁊ in pbicis ea que mixtibilia ⁊ mixta dicimus in libro pigeneseos: in qb⁹ lz mixta sint multa p subam in vno actu mixti: sunt tñ vnū fm formā ⁊ nō multa sicut ea que er causis frigidis ⁊ humidis ⁊ siccis cōmiscenť: q: nō pficiť mixtū actu calidi vel actu frigidi vel actu sicci vel actu humidi: nec pficiť actu medij iter calidū ⁊ frigidū: q: mediū iter calidū ⁊ frigidū nō est mediū iter humidū ⁊ siccū: ⁊ si mixtū acciperet forma ab actu medij iter frigidū ⁊ calidū oporteret q̄ ēt acciperet formā ab actu q est mediū iter humidū ⁊ siccū: ⁊ cum mediū humidi ⁊ sicci nō sit mediū calidi ⁊ frigidi oporteret q̄ mixtio nō eēt vnū sed plura vel duo ad minus fm preinductas rōnes: ⁊ recurrēduz est ad ea que in antehabitis bene ꝓsiderata sunt: q̄. vz. mā fm q̄ est in potētia ⁊ designať p genus est in vna potētia simplici ad mediuz calidi ⁊ frigidi hūidi ⁊ sicci: mixtio. n. est miscibiliū alteratoꝝ vnio: in libro eni pigeneseos ꝓbatū ē q̄ q̄litates nō sūt miscibiles. ¶ Et tō q̄ minimū cuiusq̄ miscibilis ē cuz minimo vniusciusq̄ alterius in mā resultat inchoatio medij actus vnius ⁊ simplicis: q̄ tū mediū fluit a calidis ⁊ frigidis ⁊ humidis ⁊ siccis adinuicē alterātib⁹ ⁊ alteratis: ⁊ q: fluit ab oibus qualitatib⁹ actiuis ⁊ passiuis alteratis adinuicez: tō hz virtutes oium qualitatū dictaꝝ ⁊ si sit simpler ⁊ vnū: q: sicut in materijs vna erit er alia sicut mixtū er simplici ⁊ cōplerionatuz a cōmixto ⁊ cōpositū a cōplerionato ⁊ organizatū er cōposito: ita forma erit er forma ⁊ sequēs semp retinet vtutes precedētiū cū tū sit eēntia simpler: ⁊ hoc mō in formalibus causis cā primaria est in secūdaria ⁊ secda in tertia ⁊ sic de alijs: sic igitur mirū fuit de Democrito q̄ nō vidit q̄ quedā dīam se cōstituētē ⁊ ab alijs faciētē differre hūt a mixtione. Alia aūt talē cōstituētē dīam accipiūt a ligatiōe sicut in nālibus capitis ossa sunt vnū caput iuncturis ⁊ ligamētis in potētia exīstia ad actū capitis vnū: alia aūt talē accipiūt dīaz visco vt liber in artificialib⁹ ⁊ in nālib⁹ multa que viscoso humore glutinanť. Alij aūt accipiūt eam gunfo siue encastratura vnius in alteꝝ sicut in artificialib⁹ archa ⁊ in nālib⁹ mēbrorū pirides ⁊ vertebra. ¶ Alia accipiūt hāc dīaz er hoꝝ pluribus sicut corpus hois in pbicis ⁊ domus in artificialib⁹: alia accipiūt eā er pōne que est ordo ptiū in situ sicut limen ⁊ supliminare in artificialib⁹ ⁊ cilū ⁊ supcilū in nālib⁹: ista enim pōne talia accipiūt noia ⁊ dīam. Alia iteꝝ accipiunt eā a tpe sicut prādiū ⁊ cena ⁊ mane ⁊ meridies ⁊ hutusmodi. Alia iteꝝ accipiūt eā a loco sui ortus sicut spūs siue vētus auster ⁊ aquilo ⁊ zephirus ⁊ hmōi: dico aūt locuz ꝓt locus p q̄litates actiuas ⁊ passiuas que sunt in ipso gnationis est ꝓncipiū. Alia aūt dīaz se ꝓstituentē accipiūt a passionibus siue potētijs ⁊ q̄litatib⁹ corporis sensibilis: quas in scdo pigeneseos ⁊ in q̄rto metheoroꝝ distinxim⁹: sicut est duities ⁊ mollities ⁊ spissitudo ⁊ raritas ⁊ siccitas ⁊ hūiditas ⁊ frigiditas ⁊ caliditas: ita q̄ aliqui fuerunt q primas q̄litates formas subales ponꝝ eē dixerūt: ita q̄ caliditas sit forma subalis ignis: ⁊ hūiditas aeris: frigiditas aque: siccitas ār terre: hoc tñ falsuz est: q: nō pōt eē q̄ aliqd in se sit qualitas ⁊ ad alterū suba. nihil eni eoꝝ que sunt q̄litates facit subaz: ⁊ tō cū prime q̄litates in suis naturis nō sint sube formales nō pñt eē subales forme alicui⁹. Id eni q̄ ꝓfert alicui subaz esse prius in seipso est suba. ¶ Q: autez qualitates iste in se sint q̄litates ⁊ nō sube metaphyſica ꝓbatiōe ꝓbať sic. detur eniz calidū siue caliditas eē suba: tūc oportebit qdē eē calidū sit calidū ptcipatiōe caloris sicut for. est hō ptcipatione hois: ⁊ fm hocvnū ⁊ idez plures formas subales ptcipabit nō ad seinuicē ordinatas: ⁊ quaꝝ vna nō est potētia ad alterā q̄ est impoſe. ¶ Adhuc aūt si calor participať a calido sicut suba: calidu z erit vere vnū ⁊ nō multa nisi in potētia q̄ falsuz est cū sit plura actu ⁊ nō vnū nisi p accidēs: qō ergo dicimus q̄ multa hijs qualitatib⁹ differūt intelligendū est q̄ ista sunt signa diuersaꝝ differētiaꝝ: calor eniz in igne est sicut potētia nālis ignis sicut icidere in ense ⁊ nō inest ei sicut in calidis p accidēs sic albedo accidit albo homini. ¶ Alia etiā differētias accipiūt a qbusdā hoꝝ. alia vo a pluribus ⁊ alia ab oibus qualitatib⁹ que dicte sunt ⁊ vlr in hijs q̄dam dicunť fm supabundātiā ⁊ q̄dā fm defectū: sicut nos in antehabitis hui⁹ sapie ⁊ in libris pbicis determinauimus: q̄ ꝓtraꝝ vnū fm supabundātiā dicit ⁊ aliud fm defectū: ⁊ tō supabundātia ⁊ defectus sunt prima ꝓtraria ad que oia alia reducunť. ¶ Ex oib⁹ aūt que dicta sunt palaz est que ⁊ quot sunt ea que dant differētias que ꝓstituūt res in esse: totiens dicit ēt eē vnius differre ab esse alteri⁹: ⁊ tō nihil dixit Democrit⁹ qñ supius tres inductas dicit tñ eē rex dīas: limitis eniz siue liminis eē er tali pōne: q: ponit in hostio ⁊ eē suū substātiale est ita poni: ⁊ hoc signat nomē eius. ¶ Si militer aūt ⁊ crystalliū eē est sic aqua inspissari apprehēdēte mām aque frigide sicce remoto vlr calido: quoumdā vo eē subalis formale sicut dirimus: er oibus hijs diffiniť. Alia enim sunt mixta: alia vo cuz hoc cōplera siue cōplerionata. alia vo cū hijs duob⁹ cōposita ⁊ ligata: ⁊ tō in homogeneis alia sunt spissata sicut coagulata ⁊ elirata: ⁊ alia sunt in esse cōstituta alijs differētijs in quarto metheoroꝝ determinatis sicut ea que formalr sunt entia: ⁊ si ita sunt entia quēadmodū erigit eē q̄ est actus forme que ipsa ꝓstituit: vt man⁹ ⁊ res ⁊ oia alia hmōi. In oibus aūt hijs sumēda sunt prima differētiaꝝ genera siue prime differentie in genere ad quas oēs alie reducunť: hec nāq̄ sunt ꝓncipia totius illius coordinationis que est in illo genere: sicut dicimus ea eē prima que sunt fm magis ⁊ minus: siue supabundātiā ⁊ defectuz vt spissum ⁊ raꝝ que sunt ꝓma ꝓtraria a qbus alia ꝓtraria causanť: sicut alibi est determinatuz: oia nāq̄ que sub illis sunt: sunt q̄dā supabūdātia ⁊ quedā defect⁹: ⁊ similr est de hijs que sunt in genere figure fz q̄ figura est determinatio quāti corporis. ¶ Oia eniz hec primas differētias hūt asperitatē ⁊ lenitatē que causanť a recto ⁊ curuo: eo q̄ curui partes ab extremoꝝ partib⁹ ereunt ⁊ sic fiunt aspera. lenis autē partes intra extrema equalr disponunť ⁊ hec causanť a recto cuius media nō ereunt ab extremis: hijs siue alijs qutbusdā accidit misceri ⁊ a mixtione hēre eē hoc vel illud: opositis aūt p defectū mixtionis habētibus eē accidit vo sic misceri siue deficere a talis mixtionis armonia. ¶ Palam igitur est er oibus inductis q̄ si substātia que est forma causa est quare quodlibet hoꝝ habeat esse hoc qō est fm spēm ⁊ nām: querēdū est que forma est cā per quā hz esse in natura ⁊ specie quodlibet istoꝝ substātia: igiť que ē cā formalis ipsius esse vniusciusq̄ rei nihil eoꝝ est que dixit Democritus: neq̄ est aliquid cognatum hijs que dixit.

¶ Cap. 5m. Q: substātia que est actus eius cuius est substantia ꝓportionalis debet esse potētie ⁊ predicatur de mā.

Tex. cō. 6.



Oportet aūt scire q̄ hoc q̄ vniusciusq̄ rei vera forma sube est id qō marie est sibi ꝓportionale in potētia exīsti. actus eni ꝓportionalis ē semp ꝓprie potētie ⁊ educiť er ipsa: ⁊ hoc ē qō in substātijs siue substātialib⁹ de mā ꝑdicatur. ¶ Dirimus eni iā in anhabitis q̄ si forma accipiať vt actus ⁊ mā accipiať vt potētia q̄ forma ꝑdicať de potētia ⁊ mā: ⁊ hoc mō designať p genus ⁊ ꝑdicať de eo cui⁹ est potētia: q: sic vtraq̄z tam forma q̄ mā accipiunť vt eē cōpositi: ⁊ nō vt ens qōdā distinctū. ea igiť que sic de mā ꝑdicanť sunt marie actus etiā in alijs diffinitionib⁹ que nō tñ p formā: sed etiā per mām dātur: sicut cā exēpli si nūc opus sit diffinire lignū aut lapidē dicimus diffiniētes id esse actū qō in diffinitiōe est positū vt actus ꝓportionalis potentie predicatur de materia: sicut si diffiniamus domū dicentes q̄ domus est ligna ⁊ lapides ad figuraz talem sic cōposita: aut forte in qbusdaz diffinitionibus addimus etiā causam finalē: cuius causa fit hoc qō fit: si vo velimus diffinire crystallū dicemus q̄ est aqua cōgelata: ⁊ ita sine ad formaz sit potētie ꝓportionalē congelata: ⁊ simul diffiniētes simphoniam dicemus q̄ est cōmixtio talis soni acuti ⁊ grauis ad modulum taliter vel taliter sono ꝓportionatum. Eodem modo est etiā in alijs: palā igiť er dictis est q̄ alterius materie siue potentie est alius actus ⁊ vnūquodq̄z est in potentia in illo a quo suo ꝓprio ⁊ ꝓportionato motore educitur:

Hoc ē qō sub obscuris vt supra dixit Cō. i fine cō. 5. qō ñ est sicut ablatio in ablato.

p de gnatione tex. c. 83. ⁊ ide

Q: q̄litates p me nō sint forme subales eīntoꝝ. pro q̄ vide ēt Auer. hic cō. 5.

⁊ eodem modo alterius mãe ⁊ potẽtie alia est ratio siue diffinitio que referr̃ ad actuz qui est sua ꝓpria nã ⁊ forma: ⁊ in hoc bene dixit ꝓ Plato qñ dixit q̃ ꝑm meritũ mãe forma infundit. Alioꝝ.n. ꝑm q̃ dirimus actus est cõpositio alioꝝ ãt mixtio ⁊ alioꝝ est aliqs alius actus de hijs que dirim⁹: pp qõ ẽt ꝑbi diffinitẽdo ea que sũt diuersificanꝗ. ¶ Hij enim qd est domus dicẽtes dicũt q: domus est lapides cementũ ⁊ ligna: ⁊ hij dicũt id qõ est domus ptãte mãe. ista eni q̃ dicũt in diffõne sunt mã sub ptãte ad actũ cõstituta. Alij vo diffiniẽtes domũ dicũt q̃ est vas qõ est cooplimẽtũ pecuniaruz aut corpoꝝ aut aliqd tale formalis addũt: ⁊ ꝓstat q̃ illi i diffinitiõe dicũt actũ ⁊ formã, put est actus potẽtie. Alij autem ambo ista potẽtia ⁊ actũ cõponẽtes dicũt diffiniẽdo tertiaz subaz q̃ est hec: ⁊ er hijs ⁊ hoc planũ eẽ putam⁹ cuilibet qui meminit eoꝝ q̃ ꝑdeterminata sunt. oib⁹ eni videt q̃ dicta q̃ cõstituit rem in eẽ sit rõ diffinitiua spẽi ⁊ act⁹ in quo cõplect diffinitio ꝑdicata de potẽtia: ea aũt diffinitio que est i erũti bus mãlib⁹ sicut lignis lapidib⁹ ⁊ cemẽto videt esse magis mãe. Tales aũt terminos siue diffõnes marie ꝓbauit eẽ recipiẽdos sapiẽs architas. ¶ Hij ⁊.n. termini sunt vtriusqz cõpletiui. s. potẽtie ⁊ actus sicut si diffiniẽtes dicam⁹ qd est venema siue serenitas dicim⁹ q̃ est qes in plurimo aere. hec enim diffinitio aerẽ cõplectit sicut mãm ⁊ qetẽ vt substãtiaz ⁊ actũ. ¶ Silr aũt si diffiniẽtes dicim⁹ qd est trãquillitas ⁊ dicamus q̃ trãquillitas est maris eqtas siue eq̃litas. in hac enim diffõne mare est vt subm quasi mã: actus aũt ⁊ forma est equitas siue eq̃litas pp qõ iste pfectissime sũt diffõnes. palã igit er ꝑdictis est que sit vera eius qõ sensibile est suba ⁊ qũo vna suba sua ẽ vt mã ⁊ alia est suba ⁊ nã sicut forma: q: forma est actus. ¶ Tertia vo suba est que est er hijs cõposita ⁊ est illa ad quã refertur diffinitio. ⁊ hoc est q̃ in ꝑma huius octaui parte voluimus inuestigare.

¶ Cap. 6m. Qualiter id qõ est substãtia rei significat̃ per nomen: ⁊ est in eo digressio declarans qualiter omne nomẽ significat substantiam cum qualitate.

Tex. cõ. 7.

Oportet aũt nos nõ ignorare de quo multi nõ bene ꝓsiderantes obliuiscunt ⁊ latet multos. Cũ.n. iã habitũ ẽ q̃ id qõ est cã ⁊ suba est forma ⁊ act⁹ rei p quã sicut vltimã ⁊ simplicẽ dẽiã cõstituit ⁊ diffinit: illa eni dẽia est a qua quelibet res denoiat̃. ⁊ tõ q̃rendũ vtrũ nomẽ istud signat subaz cõpositã que sola diffinit̃ aut signat actũ ipm ⁊ formã a qua diffinitũ denoiat̃: verbi grã. sicut in artificialibus hoc nomẽ domus vtrũ sit signuz cõis cõpositi ita. vz. q̃ signat totũ hoc qõ est tectũ vt decet cõpositũ er lapidib⁹ ⁊ cemẽto: aut sit signũ actus ⁊ spẽi siue foie q̃ est talis figura mãsionis. ¶ Silr aũt in mathematicis est qõ: q: i recto ⁊ linea põt dubitari: vtrũ nomẽ recti ⁊ nomẽ linee significet dualitatẽ duoꝝ punctoꝝ terminãtiũ lõgitudinẽ solã siue latitudinẽ simul: aut significet tm̃ duo pũcta terminãtia. diffinit̃ eni linea recta q̃ est lõgitudo terminata duob⁹ pũctis: ⁊ lõgitudo in hac diffõne est pro mã: duo aũt pũcta terminãtia sunt sicut forma. ⁊ in ꝑbicis querit̃ vtrũ hoc nomẽ aial significet aiam in corpore: ita q̃ vtrũqz significet ãl aut significet aiaz tm̃: aia.n. a qua noiat̃ aial est suba ⁊ actus corpis alicuius

Digressio.

ꝑbici organici sicut in hijs de aia dictũ est. ¶ Ad solutionez hui⁹ qõnis ꝓnotãdũ est q̃ cui⁹ est nomẽ eius est diffinitio: in omni aũt noie qõdã est a quo imponit̃ nomẽ: ⁊ qõdaz est cui iponit̃: pp qõ oẽ nomẽ significat̃ subaz cũ q̃litate: hoc ãt facilis est videre in oib⁹ noib⁹ speciem ⁊ idiui duoꝝ: q: in noib⁹ spẽ actus vltimus est a quo nomẽ iponit̃ ⁊ ipm cõstitutũ ⁊ cõpositũ er gẽie ⁊ dẽia est cui iponit̃ nomẽ: in noib⁹ aũt indiuiduoꝝ suppositũ subẽ est cui iponit̃ nomẽ: ⁊ collectio accidentiũ est forma a qua iponit̃. ¶ Est aũt hoc a quo iponit̃ nomẽ i grãmaticis pro q̃litate: sz id cui iponit̃ est pro suba. In noib⁹ aũt generum subalternoꝝ planũ est hoc idẽ accipe: sz in noib⁹ generalissimoꝝ sz non sit cõpõ tm̃ est in eis accipere ipsius ꝑdicamẽti nãm ⁊ modũ p quẽ distinguit̃ illa nã ab alterius predicamẽti nã: ⁊ primũ illoꝝ est pro substãtia ⁊ reliquũ pro q̃litate: sed noia dẽiaꝝ substãtias ⁊ actus simplices significãt ⁊ nõ aliquã substãtiã illis actib⁹ substratã: ⁊ forte aliqui videt q̃ solã q̃litatẽ significẽt ⁊ nõ substãtiã: sz intelligẽdũ qõ sz ꝑm rem nõ tbi sit significata nisi eẽntialis q̃litas tm̃ in ipa q̃litate est qd reducibile ad genus sicut ꝑn⁹ generis: ⁊ est modus quo illud distinguit̃ ab alijs: ⁊ sz dẽie a se ipsis differãt tm̃ modus quo reducit̃ ad genus nõ ẽ modus quo distinguit̃ ab alijs. Et isti tales modi sufficũt grãmatico: ⁊ tõ talia significãt etiã substãtiã cũ qualitate: sed de ipso en te forsan dubitabit aliqs. hoc enim videt̃ eẽ primũ in quo nõ est cõpõ rei nec ẽt modi: ⁊ tõ nõ videt̃ significare substãtiam cũ q̃litate. Sed attendẽdũ q̃ sz simpler sit ens ꝑm rem tm̃ modi eius sunt diuersi. est.n. ens ipm creatũ primũ ante qõ nõ est creatũ aliud: ⁊ qdã modus entis est eẽ p creationẽ ⁊ nõ per iformationẽ sicut determiatũ est in libro causaꝝ: ⁊ quo ad hos duos modos signãt substãtiã cũ q̃litate: q: ipsz qõ ẽ in se est sibi pro substãtia: ⁊ modus ei⁹ entitatis est pro q̃litate. ¶ In noib⁹ vo accidẽtiũ que simplicia accidentia significãt sicut albedo ⁊ color ⁊ hmõi ipsa nã est pro substãtia ⁊ modus pro q̃litate. In adiectiuis aũt noib⁹ substãtia significat infinita que est suppositi nõ illa quã hz nomẽ pro substantia qñ dicit̃ nomẽ significare substãtiã cũ q̃litate: sz de hoc hic nõ itẽdimus. Si aũt obijciat̃ in noib⁹ dei in qb⁹ significare videt̃ substãtiã cũ qualitate: ⁊ sic in deo eẽt q̃dã cõpõ: dicendũ q̃ in deo nulla qdẽ est cõpositio sed diuersitas modozuz significãdi nõ repugnat simplicitati diuine in deo. vere eniz est suppositũ diuinũ ⁊ nã diuersimode significata ꝑm diuersitatẽ oium attributoꝝ que deo attribuunt̃: ⁊ penes istaz diuersitatẽ accipit̃ substãtia ⁊ q̃litas quã noia diuina significãt. ¶ Si naũt ad hoc aliqs adhuc instet ⁊ obijciat q̃ si nomen signãt substãtiã cũ q̃litate ⁊ ipsa substãtia significata p nomẽ sit nomẽ videt̃ signare substãtiã cũ q̃litate: ⁊ similiter aũt ⁊ ipsa q̃litas noie suo cũ sit nomẽ videbit̃ signare subaz cũ q̃litate: ⁊ hoc ibit in ifinitũ qõ est incõueniẽs. Adhuc aũt videt̃ ꝑm hoc substãtie eẽ suba ⁊ q̃litatis qualitas q̃ itellꝰ refugit q: est absurdũ. Adhuc aũt cuz suba suo noie significet qualitatẽ videt̃ nugatorie adiungi qñ dicit̃ nomẽ significare subaz cũ q̃litate ꝓpria vel cõi. ¶ Sz ad oia hec ⁊ illa hmõi dicẽdũ: q̃ cũ dicit̃ nomẽ qõcũqz significare substãtiaz cũ q̃litate substãtia ꝑm q̃ significat̃ p nomẽ accipit̃ a q̃litate separata: ⁊ simil̃r q̃litas separato intellectu accipit̃ ⁊ distincto: ⁊ ideo hz hoc nomẽ substãtia signãt substantiã cũ q̃litate: ⁊ similr hoc nomẽ q̃litas: tm̃ put substãtia significat̃ in nomie ꝑm q̃ est pars orationis nõ hz cointellectaz sibi q̃litatẽ: ⁊ tõ nõ pcedit̃ in ifinitũ: nec est suba substãtie nec qualitas q̃litatis: nec ẽt nugatorie vnũ cõiungit̃ cũ alio. ¶ Hijs ita ꝓnotatis adhuc ita itelligẽdũ est q̃ id qõ significat̃ p nomẽ id ꝓpria est a quo nomẽ iponit̃: res aũt supposita cui iponitur significat̃ p hoc q̃ cõparat̃ ad illud sicut participãs ⁊ illi substãs appellatũ aũt eiusdẽ rei nullo mõ significat̃ p nomẽ: q: cũ appellata plurima sint ⁊ forte ifinita iponata p nomẽ nisi potẽtia oporteret q̃ nomẽ ifinitum significaret q̃ est absurdũ. ¶ Sed mã nõ separata a potẽtia sed sub potẽtia ⁊ actu stans: hoc mõ q̃ analogiã hz ad actũ: hoc ẽt mõ significat̃ p nomẽ: qñ nomẽ est nomẽ actus vt est actus ⁊ pfectio actualiter diffusa ⁊ ꝓtinẽs cõpositũ ⁊ mãm: sic eniz significat̃ p modũ cõcreti: ⁊ nõ p modũ simplicis ⁊ abstracti: sicut hõ ⁊ non sicut humãitas: ⁊ sic docuim⁹ in añ habitis q̃ diffõ formalis ⁊ mãlis idẽ dicũt sub mõ differẽti. ¶ Hijs igit̃ sic ꝑintellectis dicimus soluẽtes qõnẽ superius iductã: q̃ nomẽ act⁹ vltimi siue ab actu vltimo ipositũ est in vtriusqz. s. tam in forma q̃ in cõposito: sicut est hoc nomẽ aial vel hõ vel aliud tale. Sz nõ est vna rõne vtriusqz dictũ: sz ẽ vtriusqz sicut relatoꝝ ad vnũ: ⁊ quoꝝ vnũ analogiã hz ad alteꝝ. ¶ In oib⁹ ãt talib⁹ pro ꝓncipio supponẽduz est: q̃ id qõ est cã nois est id cui ꝓuenit nomẽ ꝓmo: alijs aũt ꝓuenit p respectũ aliquẽ ad illud: forma aũt a qua nomẽ iponit̃ est cã nois: ⁊ cõpositũ q̃ est nã ad quã referr̃ diffinitio ⁊ cui nomẽ ipm iponit̃ ꝓpter act⁹ ⁊ forme ꝑticipationẽ: ẽt illi p posteri⁹ ⁊ in scõo gradu cõuenit nomẽ: mãe aũt analogiã hãt ad actũ cõuenit nomen tertio: appellato aũt nõ ꝓuenit nomẽ diffiniri nisi p accñs. hec.n. q̃ sunt mã ⁊ cõpositũ sunt ⁊ dẽir ea: sicut corp⁹ ⁊ aia hõ ⁊ aial ⁊ corp⁹ ꝑbicũ organicũ potẽtia vite vtens: dicit̃ ẽt hõ ⁊ aial. Sed etiã hec duo sunt ⁊ dicunt̃ illa ad aliqd hoc ẽ ad actũ quẽ ꝑticipãt relata: ⁊ cã noiationis est: q: dẽiam cõstituta in eẽ accipitur ea noiatione que est actus ⁊ forma: verũ sz hec tria significent̃ p nomẽ diffiniti: diuersimode tamen hec separatim accepta per intellectum non oia participant nomẽ diffiniti: sed ipsa differunt abinuicẽ: q: sicut materia

Nõ nomẽ ꝑ signat subam cũ q̃litate.

Obiectio ꝑ se dicta.

Solutio.

Idem Auerroes i ꝑti loco.

nō est forma nec cōpositū: ⁊ forma neq̃ est cōpositū neq̃ mā ⁊ cōpositū neq̃ est mā neq̃ forma. sed vt distincta ⁊ dīa ac
Tex.cō.8. cipiunt abinuicē: ⁊ q̃uis sic differūt abinuicē: tū nihil hūt hui⁹ dīie ad qōnē superi⁹ iductā de suba sigñata sensibili: nā suba sensibilis quo ad qdditatē que dicit qd erat eē hoc qō est spe ⁊ actu existit: ⁊ ꝓm hoc in suba sensibili hoc nō distincto ⁊ separato itellectu accipiunt. ¶ In oib⁹. n. talib⁹ foīa ⁊ forme esse est idē: qr nō est separata forma per se a q̃ foīa ꝓiuncta māe eē accipiat: vñ idē est esse qō est act⁹ eēntialis forme: ⁊ forma ipsa: qñ nō separata accipereē: sicut idez est aia ⁊ esse aie in eo q̃ est aiatū: ita idē est q̃ nō est separatuz ab aia vel nā formalis a q̃ sit aie qō est eē aiati: sed hoc mō nō est idē hō ⁊ bois eē: qr hō qō est cōpositū nō hz a seipso: sed per analogiā participationis aie: ⁊ hoc ita qdē dcñ dirimus: nisi aia ⁊ aia bois forte hō dicat sicut sepe dicit qñ nō habent duo noīa vnū act⁹ ⁊ alterū cōpositi. ¶ Si aūt vt separata accepta forma alicui qdē ꝓuenit nomē forme ⁊ alicui nō ꝓuenit: qr sic nō ꝓuenit māe nec cōposito: sz soli actui simplici sicut dirimus: sed nō facit aliquid ad qōnē de suba sensibili: cui⁹ act⁹ semp est ꝓiunctus ⁊ nō separat⁹. ⁊ hoc q̃dem in qbusdā est valde manifestū: qr qcūq̃ mente pquirat vtr̄ syllaba ꝓstituat er eēntis litterarū que sunt q̃si mā ⁊ ipa cōpositione que est q̃si forma ⁊ act⁹: statim ēt parū itelligentib⁹ nō videt syllaba cōponi ex hijs q̃si separatis ⁊ separatū esse habentib⁹: qr nulla cōpositio ꝓstituens syllabā separatū esse hz a litteris. ¶ Silr aūt nec dom⁹ est cēmentuz separatū ⁊ cōpositio separatū esse habit⁹: ⁊ hoc certū est: qr cōpositio ⁊ mixtio nō est ex hijs quor̄ est cōpositio ⁊ mixtio separatū esse habentib⁹: ⁊ similr est in oib⁹ alijs talib⁹ artificialib⁹ in qb⁹ nunq̃ māle principiū distinctuz est a formali distinctū eē habēte: sicut supliminare formalr esse ⁊ nomen accipit a q̃dā positione que tū positio nō est ex supliminari separabilis ꝓm esse distinctū: superliminare. n. est magis ex positione tali que tū ab eodē hz esse nō est sepabilis. ¶ Similiter autē nec hō sensibilis est aial ⁊ bipes: si aial ⁊ bipes separatim esse habentia accipiant: sed opz hoiem sensibilē esse aliqd formale ⁊ māle qō est p̄ter ea que separatum esse habent ab ipso. Ea. n. nā que sic separatum hz esse: nec est elementū sensibilis sube: neq̃ est ex elemētis aliqb⁹ cōpositis: sed est suba q̃dā separata: ⁊ tales subas dicūt esse stoici qui auferunt mām dicētes mām nihil esse de esse rei nec referri ad nomē vel rōnē vel esse diffiniti: sicut sepe in antehabitis dirimus. Si igitur hec separata nā cā est esse ⁊ suba: tunc hanc eandē dicunt esse subam nāe cōposite sensibilis. ¶ Hanc aūt eandē subam que separatū eē hz est cā eē sube sensibilis ꝓm stoicos: necessariū aūt est esse sempiternā aut coruptibilē qdē sed nō corrūpi simplr: sed ꝓm qd: ⁊ eadez necessitate sequit q̃ sit facta siue gñata ꝓm quid absq̃ eo q̃ sit facta vel gñata simplr. dicunt. n. factā ⁊ coruptā esse ꝓm esse q̃ hz in hoc ⁊ nō simplr: sed simplr esse ingñabilē ⁊ incoruptibilē. Manifestū aūt est ⁊ alibi demōstratum: qr nec in artificialibus neq̃ in nātibus aliquis facit speciez vel gña: nec facit mām. neutrū. n. hor̄ terminus est gnōnis neq̃ factionis: sed id qō efficit vel gñat est hoc aliqd cōpositum: ⁊ manifestū est q̃ hoc cōpositū qōdā significatū fit ex hijs cōponentib⁹: sz vtr̄ substātie ille coruptibiliū: ex quib⁹ cōponit ⁊ fit coruptibile sunt separabiles ꝓm esse ab ipsis: sicut dicūt stoici: nō est palā ex hijs que dicta sunt: tū palā est ex dictis: qr quorūdā sicut artificialiū ⁊ accidentiū nō ꝓtingit principia ex qb⁹ sunt eē separata ⁊ illa sunt oīa illa quecūq̃ nullo mō ꝓtingit separatuz esse hēre: qō esse sit p̄ter rem ipsam cōpositā in qua sunt sicut domus syllaba ⁊ vas ⁊ hmōi alia: fortassis aūt forme ⁊ actus taliū ꝓm ipsaz nām: neq̃ substātia sunt sed accidētia: neq̃ cōposita per tales formas nō sūt aliqd substātialiter ens distictū in nā: sz figura artis est forma accidētalis. ¶ Et silr nec aliqd alior̄ quecūq̃ nō nā: sz arte ꝓstituunt est substātia: sed act⁹ accidētalis: pp qō etiā Empedocles lecti formā dicit nō esse substantiā: qr si esset substātia principiū generationis esset ⁊ produceret simile in forma ⁊ specie: qō falsum esse videmus: qr si plantat lectus ⁊ virtutem germinandi accipiat non eroritur lectus: sed lignum q̃ materia fuit lecti ⁊ non forma: ꝓpter qō forme artificialiū in veritate accidētia sunt ⁊ inseparabilia ab hijs quorum sunt forme.

¶ Cap̄. 7ᵐ. Et est conclusio ex hijs que dicta sunt que sit vera ⁊ perfecta cuiuslibet substantie sensibilis diffinitio.

Tex.cō.9. Ex hijs igit̄ que inducta sunt manifestū est q̃ siquis ponit q̃ substantia in sensibilibus que corruptibilia sūt sola natura illa est que est separabilis sicut stoici dicunt: ⁊ illius nomē nō participat compositū neq̃ mā: ⁊ sicut nō participant nomen sic nō participant diffinitiuā rationem. ⁊ tūc tēpus ⁊ locū hz dubitatio cui ꝓsenserūt Antistenidi cuiusdā Antistenis sequaces idocti ⁊ stulti: qui dixerunt nihil penitus esse diffinibile sensibilium: oium enim dixerunt esse logicā diffinitiuā rōnem: logicam aūt rōnem esse separatorū a mā: que inquātū separata vt sepe ostendimus nihil sunt deesse rerū sensibiliū. ¶ De hac aūt dubitatione: qr multa in antehabitis dicta sunt: hoc solū determinantes dicimus: q̃ dicere diffinitiuo cōtingit sermone q̃le quid est vnumqōq̃ sensibiliuz: sicut gratia exempli contingit dicere quid est argentum per propriaz diffinitionem: ⁊ tamē nō sic dicendo: qr nō est sicut plumbum eo q̃ idea argenti differat ab idea plumbi: hoc igit̄ est vere de substantia rei: q̃ contingit vere esse terminum ⁊ rationē esse ipsius in quo termino principia que sunt deesse rei continent̄: sicut cōtingit esse terminū ⁊ rōnem cuiuslibet substātie cōposite: siue illa sit sensibilis: siue sit intellectualis. prima autem diffinientia ex quibus ille terminus ⁊ ratio conficit̄ nō contingit diffinire: ⁊ hoc est propterea: qr ratio diffinitiua significat aliquid de aliquo: in omni autē eo in quo significatur aliquid de aliquo oportet quoddā esse sicut mām ⁊ quoddaz sicut formā. ¶ Dubitabit aūt forte de hoc aliquis ⁊ dicet q̃ si diffinientia indiffinibilia sint cuz dicit̄ q̃ homo est aial rōnalis hoc ipm aial qō in diffinitione hominis ponit̄ erit indiffinibile. ¶ Adhuc aūt ⁊ ipsa diffinitio indiffinibilis est: nō quidē diffinitio ꝓm q̃ est intentio significata per hoc nomen qō est diffinitio: sed ꝓm q̃ est diffinitio vniuscuiusq̃ terminus: ⁊ si hoc sit verū: tamē multi dubitauerūt de causa huius quare talis ratio idiffinibilis sit. Forte aūt vellet aliquis dicere: q̃ prima diffinientia indiffinibilia sint sed nō ꝓprima vniuciq̃: ⁊ sic cum dicit̄ q̃ homo est aial rōnalis: aial nō est primū diffiniens: ⁊ iō pōt diffiniri ⁊ diffinitur: sed substātia que est primū diffiniens ad qō resoluitur aial nō est qd diffinibile: sed ꝓm hoc nō est generalis causa que dicta est q̃ hec est causa quare aliquid nō sit diffinibile: qr nō significat aliquid de aliquo. ¶ Adhuc aūt cum oē predicatū significet aliquid de aliquo videt̄ esse omne predicatū diffinibile: per oppositū aūt nullū subiectū videt̄ eē diffinibile: cum nō significet aliquid de aliquo: ⁊ cum diffinitio predicat̄ de specie diffinita: videbit̄ diffinitio esse diffinibilis ⁊ nō diffinitū esse diffinibile. ¶ Ad omnia aūt hec ⁊ hmōi sciendū q̃ cū dicit̄ q̃ hec est diffinibilis q̃ significat de aliquo: intelligendū est q̃ modus significādi talis debet esse qō in suo intellectu claudat aliquid predicatum ⁊ actū ⁊ formā q̃ sit de aliquo participante nomen ipsius actus ⁊ forme per analogiā ad ipsum: sicut in p̄cedenti ca. dictū est. ¶ Et ideo diffinitio nō est viterius diffinibilis: qr hoc mō plura in se nō claudit: sed potius explicata in se hēt ea quorum vnū est de aliquo ⁊ alterū de quo est illud: ⁊ cum dicit̄ homo est aial rōnale: aial ꝓm q̃ est diffinitiuū hominis nō significat aliquid de aliquo vt iaz dictū est. ¶ Et ideo hoc mō nō est diffinibile: ⁊ similr differētia non est diffinibilis: qr hoc mō duo vl plura in suo nō claudit itellectu: ⁊ cū dicit̄ homo est hō: hō ꝓm q̃ est in subto nō est diffinibilis: qr nō signat eē: sed ens ⁊ nō signat ens aliqd de aliq̃: sz potl⁹ ipm esse signat aliquid de aliquo: idē aūt est si dicā aial est aial ⁊ in oib⁹ talibus idē modus est intelligendi. hoc igit̄ modo verum est q̃ hoc est indiffinibile: qr non signat aliquid de aliq̃: ⁊ solū est hoc diffinibile qō aliquid de aliq̃ significat.

¶ Cap̄. 8ᵐ. De similitudine vel anagoga diffinitiōis ad numerū pp eos q̃ dicebāt numeros subam eor̄ que sunt.

Tex.cō.10. Alia aūt etiā ex inductis est: qr diffinitio significat aliqd de aliquo: q̃ si quēadmodū pithagorici dicūt sube rerū sunt numeri: qdā illi numeri nō sunt separati numeri sicut sunt numeri vnitatū qui sunt numeri qb⁹ nos numeramus: ⁊ sunt discreti: sed qdā numeri numerati q̃ sunt

eā terminationis ⁊ distinctionis esse rei per quas ipsa res diffinita cadit in differentiā ⁊ numerū cū rebus alijs: sicut nos in antehabitis ostēdimꝰ: diffinitio.n.si ꝓcedat esse numerus ꝓcedeē nō esse numerus simpliciter: sed numerꝰ q dam. in hoc.n. assimilat numero magis q̄ cōtinuo: qꝛ sicut numerus qui de gñe discretorū est cū diuidit in vnitantes indiuisibiles: ⁊ nō in semp diuisibilia sicut diuidit ꝓtinuū: ita diffinitio diuidit ad indiuisibilia que nō significant aliquid de aliquo sicut praeostēsuꝫ est: rōnes aūt diffinitiue nō sunt infinite per diuisionē diffinientiū: sicut ꝓtinuū est infinitū per diuisionē diuidentiū: ⁊ ad eundē modū est numerus qui est de gñe discretorū: hoc aūt per diuisionez stat ad vnitates indiuisibiles. est aūt ⁊ alia similitudo numeri ad diffinitiones: quēadmodū.n. in quocūq̄ numero demptato ablato vel addito alio numero qui est aliq̄ partū mā nūeri ꝓstituti nō remanet spē idē nūerus q prius: ſz diuersus: q̄ uis sit minimus q auferat vel addit. sic nec diffinitio manet idē terminꝰ ⁊ qd erat esse ablato aliquo vel addito q̄ sit de partibꝰ diffinitiōis. ¶ Si.n.a gnario auferā vnitatē nō remanent eedē spēs nūeri: sed q̄ternarius: ⁊ si addā vnitatez fit senarius: que est alia spēs numeri a gnario. sic si dicā corpus aiatū nutribile: ⁊ addā vnā dīam dicēdo corpꝰ aiatuz nutribile sensibile nō erit eadē diffinitio: qꝛ pria est plante: scēa aialis. ⁊ si auferā vnā que est nutribile est alia diffinitio: ⁊ hoc planū est vnicuiq̄. Sed si numerus est diffinitio: sicut quidā dicūt pp iductas similitudines: ⁊ est aliquid qō est diffinitū de quo ꝑdicat nūerus: tūc opꝛ eos dicere cui sit vnus dictꝰ nūerus: tūc aūt non habēt dicere cui ⁊ q̄ de cā sit vnus per essentiā inductꝰ nūerus. numerus.n. aut nō vnus eēntiali aliq̄ vnitate: aut si vnꝰ hꝫ vnitatē coaceruationis. Si.n. ille vnus numerus q dicit diffinitio qd est hoc qō est faciens vere vnū essentialiter ex multis discretis ⁊ coaceruatis: que verā ⁊ essentialē nō habēt vnitatē. diffinitio eni vna est ⁊ nō multa: sicut nos ostēdimus in septimo huiꝰ sapiētie libro. talē.n. multitudinē coaceruate vnitatis nō hāt differētie: que ponunt indiffinitione: ⁊ hoc merito accidit: qꝛ que sunt eiusdē rationis diffinitiue q̄tūcūq̄ sit nūerꝰ differētiaꝝ: tū ēt subaliter ⁊ vere ab vna ⁊ vltima dīa fit vnū: ⁊ hoc nō est vnū: vt vnitas quedā existens discretū habens esse: aut sicut vnū punctū in ꝓtinuo indiuisibile positū: ſz est vt endelechia ⁊ nā q̄dā qua singula sunt vnum per eēntiā ⁊ actū sicut sepe diximus: sed in hoc est diffinitionis similitudo ad numerū: q̄ sicut numerus non magis hꝫ vnū: ita q̄ vnus numerus sit magis numerus q̄ alius: ita nō est magis ⁊ minus in substātia spēi diffinita ita q̄ vna sit magis ⁊ minus substātia q̄ alia: ⁊ si magis ⁊ minus dicit hoc accidit ꝑm q̄ ista substātia est in mā ꝑm esse: qꝛ sic fluūt ab ipsa potētie nāles ⁊ ipotētie ꝑm quā expeditioꝛ est vel ipeditioꝛ in operationibꝰ nālibꝰ. ¶ Sit igit vsq̄ tū terminatuz ꝑm presentē intentionē de generatione ⁊ corruptione dictaruz substantiarum separatarum: qūo contingit ⁊ quomodo est impossibile ⁊ de anagoga earum ad numerum. in vltimis enim libris istius sapiētie subtilius de istis pscrutabimur.

Mō qūo diffō magis nuō q̄z ꝓtinuo assimilatur.

Idē dixit Cōmētatoꝛ ī prīti loco.

¶ Tractatus secūdus octaui libri prime phie qui est de modis ꝓsequentibus subam que est nā ⁊ actꝰ sensibilis sube.

¶ Capꝰ.iꝰ. De modis materialis principij quibus comparatur ad factum sensibile.

Tex.cō.ii.



